


ELIAE FRIES

SUMMA VEGETABILIUM SCANDINAVIAE,

SEU

ENUMERATIO SYSTEMATICA ET CRITICA
PLANTARUM QUUM COTYLEDONEARUM, TUM NEMEARUM
INTER MARE OCCIDENTALE ET ALBUM,
INTER EIDORAM ET NORDKAP,
HACTENUS LECTARUM, INDICATA SIMUL
DISTRIBUTIONE GEOGRAPHICA.

SECTIO POSTERIOR.

ACCEDUNT

EXPOSITIO SYSTEMATIS PLANTARUM MORPHOLOGICI,
COMPARATIO VEGETATIONIS ADJACENTIUM REGIONUM,
DEFINITIONES SPECIERUM IN KOCHII SYNOPSI
FLORAE GERMANICAE ET NEMEARUM MONOGRAPHIIS
HAUD OBVIARUM L. ALITER EXPOSITARUM.

HOLMIAE & LIPSIAE
A. BONNIER, SOLUS OPERIS REDEMTOR.

Cum posterior haec sectio ita creverit, ut priorem superet, in novum fasciculum differre cogor introductionem, sistentem I) expositionem systematis morphologici, *in qua singularum, etiam exoticarum, familiarum locus indicabitur,* II) conspectum comparativum vegetationis *tam diversarum* Scandinaviae *regionum, quam exoticarum (quamquam vegetatio Scandinaviae, omissis plantis arcticis, in genere cum Germanica convenire videtur, magna in eo observatur discrepantia, quod inter affines species altera in Germania, altera in Scandinavia centrum suum habet, ut quae in Suecia vulgatior, haec in Germania rarior et versa vice) et* III) schedulas criticas de plantis indigenis vexatis Linnaeanis. *In hac praecipue re auctoritatem aliquo jure me postulare fingam, cum longe plura mihi, quam aliis, prostant subsidia.*

UPSALIAE,
EXCUDEBANT TYPOGRAPH. ACADEMICI
1849.

Cl. XX. Fungi.

Pervenimus nunc ad vastissimam orbis vegetabilis classem, quae reliquas simul sumtas specierum numero superat. Plerosque hodiernos Botanicos ab harum studio terrent magnae formarum copiae et cavendum sane, ne haec disciplina ita crescat, ut nemo operae pretium ducat nostra repetere vestigia. Hoc praecipue valet de Fungis infimis v. c. epiphyllis et elementaribus maxime proteis, inter quos magis scientiae fructuosum censeam primarios attendere typos, quam formas omnino infinitas singulatim describere. At inter nobiliores fungos (Hymenomycetes, Gasteromycetes, et meliorem partem Disco- et Pyrenomycetum) species adeo nobiles et definitae, ut vix in ulla orbis vegetabilis regione insigniores; quare his, qui multiplici in vita communi usu insuper sese commendant, summam dicavi attentionem et post quadraginta annorum studia adeo mirifice delectant, ut jove favente horum observandi gratia cogar reliqua omnia studia praetermittere. Ultimis annis suscepi giganteum sane opus, omnium parare novas ad naturam icones et ordine systematico comparativas (plurimae novae species jam pictae). quo tam nomenclatura figetur quam horum studium, ut spero, maxime sublevabitur. Singularium icones et novarum tantum specierum descriptiones, quae futuri observatoris studia magis retardant, quam sublevant, parum fructuosas censeo. Ita quoque judico de plerisque fragmentitiis observationibus, quae in Diariis, Annalibus etc. deponuntur, quae plerisque Lectoribus caput mortuum sistunt; una alterave nova species, nisi definito loco in dispositione universali inserta, parvi utique momenti. Nil in scientiae evolutione festinat et haec est ratio, cur observationes singulares divulgando, priusquam in opus universali redigere liceat, tempus fallere noluerim. Rapide nimis crescente studio, controversiarum strues augetur; plurimae dispersae symbolae peribunt.

Inter infimos fungos igitur, elementares et entophytos, pro tempore saltim, satis mihi visum est typos primarios citare, ut conspectum universalem teneamus. Hujus gratia cognitionem fungorum ex autopsia, nec tantum ex iconibus, cuique Botanico ne-

cessariam fingerem, sine qua vitae vegetabilis cognitio nimis manca evadet. Studium vegetabilium indigenorum, quibus undique stipamur et quorum evolutionem et historiam observare licet, magis fructuosum porro censeam, quam fragmentitias notitias de terrarum remotissimarum plantis, e singularibus speciminibus siccis haustas. Interea his studentes in plantarum indigenarum observatores fastidiose vulgo despiciunt et praecipue in Mycologos. Haud pauci forsan mirentur Fungorum indigenorum addi enumerationem magis, ni fallor, completam, saltim fidam, quam alii terrae offerre liceat, cum singulae species ab uno eodemque observatore collectae sint. Inter infimos fungos plures de industria omisi et tantum collectorum gratia, quibus specierum herbarii numerus auctus praecipue cordi est, v. c. Uredinearum species singulatim notavi.

At aliud simul est hujus opusculi propositum, nempe conspectum synopticum exhibere Systematis morphologici fungorum una cum enumeratione generum, ultimis lustris supra omnem modum auctorum. Hunc eo magis necessarium duxi, quum revisio Systematis Mycologici, in Flora Scanica synoptice proposita, paucis innotuerit nec umquam generum limitatio a specierum enumeratione segregari debeat; abstrusum illud generum studium, absque amplissima singularium cognitione, inane et fallax censeo. Methodus nostra cum aliorum neque collidit, neque inimica est, cum oppositis principiis nitatur, nempe totius fungi morphosi, cum Recentiores praecipue attendant ad singulares et subtilissimos characteres, (v. c. ascos, sporidia septata l. simplicia e. s. p.), quos magni utique censemus momenti, at inferioris ordinis, cum natura horum differentias non modo in singulo fungorum ordine, sed etiam in diversissimis Lichenum et Phycearum exacte similes repetit. Mea ex opinione omnes sporae genuinae in ascis s. cellula matricali necesse generentur, sed in perfectissimis v. c. Gasteromycetibus et Hymenomycetibus ascus jam primitus resorbetur, ut in subterraneis Gasteromycetibus vel praecocibus Trichiaceis modo observetur; in infimis vero reducuntur in sporidia, in quibus s. d. nucleus vera est spora. Omnia granula, sporae dictae, quae e systemate vegetativo segregantur nec altiori morphosi, intra cellulam matricalem, nata sunt, censeo conidia, qualia in omnibus facile myceliis observare licet et facillime quidem

in Mucedineis. His conidiis pro sporis sumtis plurima orta sunt spuria genera et species v. c. Sporotricheorum. Asci igitur notio valde dilatanda; sic vesiculae Theleboli, Mucorineorum e. s. p. etiam ascorum species. In Dacryobolo, Mucedineis etc. asci in guttulam gelatinosam, in qua sporae generantur, soluti sunt, quare nulli exstant acuti limites inter Mucorinos et Mucedines. Ut semina nuda, absque pericarpio, inter phanerogamas vix existunt, sic etiam inter Homonemeas nullae sporae genuinae absque asco s. cellula matricali. Sporae sic dictae nudae sunt vel mera conidia, gemmulae, ad systema vegetativum referenda (nam absque altiori hujus metamorphosi nulla fructificatio) vel sporidia, i. e. asci reducti, cum caryopside, achaenio etc. comparanda. At infinitae exstant formae intermediae inter sporas et sporidia (in Oidio v. c. filum primarium (ascus) solvi apparet in sporas, in proximo Sporendonemate sporae pari modo seriatae intra ascum persistentem). Identitas typica sporidiorum et ascorum, utriusque vero differentia a sporis, optime conspicitur inter Pyrenomycetes, inter quos in eodem genere, in eadem specie et asci et sporidia promiscue occurrunt. Hi adnati, sporae vero intra hos liberae generantur — at non raro abortant. Hi sistunt status steriles, atypicos. Olim sporae et sporidia sub communi titulo sporidiorum secundum Linkium comprehendebantur: at, si nostrae opinioni veri quoddam subsit, probe distinguenda et asci reducti modo sporidia dicendi. Haec obiter hoc loco indicasse sufficiat; ut pateat, cur partibus adeo ancipitibus systema haud nitatur.

Ex abstrusa videndi ratione non potest non fructus, ut ultimus vegetationis actus, maxime essentialis videri. Hinc non miremur Caesalpini primosque vegetabilium Systematicos, ut cum Linnaeo loquar, fuisse fructistas. Plenior vero observatio facile evicit, easdem fructus species redire in diversissimis plantis (v. c. tum inter Monocotyledoneas, quam Dicotyledoneas), quare fructum tamquam summum dispositionis fundamentum brevi deseruerunt Systematici, ad florem, tamquam summum vegetationis actum, transeuntes. Jam vero novimus exinde modo nasci systemata artificialia summasque systematis sectiones ex primis et infimis morphoseos gradus esse sumendas. His rite consideratis, facilis mihi videtur lex gradationis characterum: quo priores sunt sub ipsius

plantae evolutione, eo magis essentiales quoque sunt; at quo priores, eo pauciores essentiales (i. e. sequentem evolutionem determinantes) differentias offerunt, quo seriores eo plures essentiales v. c. fructus. Ex his facile intelligitur, classes et ordines ex illis, familias et genera ad has esse determinanda. Hac simplici lege tota nostra orbis vegetabilis dispositio nititur; eamque Fungis applicaturi facile vidimus, summas horum sectiones neutiquam e subtilissimis fructus differentiis, sed e genesi et morphosi diversa esse sumendas. Possunt sane v. c. asci persistere, resorberi et in sporidia reduci; vel unicam aut plures includere sporas in ceterum maxime affinibus, quos morphosi et metamorphosi congruis e tam subtilibus differentiis in diversas familias haud transferamus. Mysterium vero omnis systematici studii est rite percipere, magnam esse differentiam inter intimam affinitatem et externos vel subtilissimos characteres. Ut natura et ars, sic etiam natura et systema sunt oppositae rationes; quo magis Systematum vim in characteribus absolutis ponimus, eo magis vulgo a natura aberramus. Divinum igitur effatum Linnaeanum: *genus dabit characterem, nec character genus,* adhuc magis valet de familiis plantarum, ordinibus, classibus. Sub initiis studiorum semper speramus nos naturam absolutis characteribus et limitibus circumscripturos, quasi manibus prensaretur, at peritiores facti inanes videbimus nostras spes et fragiles nostras contentiones. Natura enim integra est; qualem cum excipere non valeamus, in nostram perceptionem laceramus et dein qualitercumque resarcimus. Objecta concreta numquam licet absolute definire, tantum notiones ideales, quales etiam sint systematum membra. Frustra quaerimus in natura ipsa systema quoddam; hoc ipsi naturae imponamus — at non ex oculorum, sed ex ingenii acie nascitur systema.

Paucis verbis simul indicavimus generum differentias, cum libri, in quibus plene descripta sunt, raro omnes ad manus sint; mihi vero plenam horum exhibere descriptionem hoc loco non licuisse, vix est quod moneam. Etiam nova, alia vice haec plenius vel descripta l. describenda, hoc loco tantum indicavimus. Cum saepe viderim generum characteres longe meliores videri quam sunt ipsa genera, id praecipue studui, ut sectiones in natura stricte definitas tamquam genera proponam; id saltim velint

sibi persuasum habeant lectores, me tantum tamquam genera proposuisse fungos insignes et autonomos, nec cujuscumque generis quisquilias. Utrum ceterum sectionem definitam genus an subgenus dicamus subjectivum est; non tamen arbitrarium sit, sed e systematis singuli principiis et constante expositione pendeat. Infimorum genera ulterius reducenda, summorum vero, praecipue Agaricorum, ulterius dividenda fingimus. Genera vero ubique ex eodem principio esse distinguenda, summam Botanices haeresin merito dixit Linnaeus.

Per decem et quod excurrit annos nil fere de fungis publicavi; videns quoque variorum recentiorum studium priscas meas symbolas cavillandi, paene constitui, nil amplius de fungis publici juris facere, sed continuatas meas observationes praecipue circa perfectiores fungos (in proprium oblectamentum mycologiam, dum vixero, colere pergam) ineditas posteris magisve amicis scrutatoribus relinquere. Quod ante triginta annos (1819 *Syst. Myc. Vol. I, II* mere *ex autopsia* conscripta sunt in vigesimo quinto aetatis meae anno) varia, nunc etiam mihi perbene cognita, haud noverim, minus attenderent, quam quanta nova et persistentia obtulerim. Apud alios video modo verborum tricas; alios video cautelam in generibus distinguendis l. omissiones, ob formam contractam necessarias, vel leves aberrationes, quales existere neminem fugit, a descriptione data, ut taceam manifestos lapsus calami l. hypothetae, tamquam *graves meos errores* indefessos venari. Quamvis multiplex mihi oblata sit occasio haec retorquendi et jus talionis exercendi (levem autem et futilem censeo artem singula verba cavillari) pristina mea via pergam, quae apud alios invenio bona laudans, quae erronea tacite, sine clangore et strepitu, corrigens, eos condolens, quibus suae gloriolae causa opposita via videatur necessaria, vel qui, ut inquit Linnaeus *(Syst. Nat. XII. p. 11)* "grano eruditionis reperto stentorii ebuccinent." Gratias demum refero sincerrimas summis nostri aevi Mycologis, qui scientiam maxime augentes et illustrantes pristina mea studia integre et candide dijudicarunt. Considerent velim aequi aestumatores, quanta nova subsidia nunc temporis emerserunt, ante triginta annos prorsus ignota, et fungorum studium tum paene ubique prorsus neglectum — quantis difficulti-

bus luctuandum fuit in his remotis terris, in quibus omnis generis subsidia, etiam omnes fere libri hanc disciplinam tractantes, deerant, in quibus nec lingua vernacula uti, nec visa repertaque nisi synoptice divulgare licuit, multo minus icones edere, et agnoscent sane ferream meam diligentiam et animum sub perenni corporis morbo, puro naturae amore, semper erectum, nec ullis difficultatibus cedentem.

Fuit quondam sapientia Veterum, rerum universitatem coeli modo sistere umbram, omnesque contentiones, priusquam in terras transirent, in coelis esse depugnatas. Summa hujus doctrinae ea est: omnes ideas genium seculi et animos prius corripuisse, quam ad rem vitamque communem traducuntur. Idem studium omnia stabilita subvertendi et nova praematura substituendi, quod hoc tempore in rerum publicarum conversione vidimus, in scientiis diu regnavit, ut opinio opinionem quotannis deleverit. Quid enim putidius videre licuerit, quam continuam nomenclaturae Lichenum permutationem, sine ullo scientiae incremento, ut quisque Auctor singulae speciei suam modo adscribat siglam. Ut in ecclesia et in civitate, sic etiam in scientiis equidem principia, quae ajunt conservativa, profiteor, cum mihi plene persuasum sit, his *veros et perennes progressus* tantum promoveri, licet ipse forsan in oppositam viam saepe seductus sim. Continuato opposito studio, vereor ne in perpetua oscillatione scientia modo obfuscetur, ut diem delet vicina nox. Ut vero scientia in posterum magis maturet, quam ambitu crescat; in votis est.

Series prima: THALAMIFERI.

Fam. CXI. *Hymenomycetes.* Fr.

(Secund. Epicr. Syst. Mycol.)

Thalamio proprio, discreto, contiguo, exogeneo, sporophoris acrosporis — sive *hymenio* — a reliquis plantis facile dignoscuntur. Vastissima haec *familia,* quae plurimos fungos nobiliores et facile omnes fungos genuinos sensu priscorum Botanicorum complectitur, *ut summa et centralis* nullo puncto Algas (nec Lichenosas, neque Phyceas) reliquasve classes Nemearum tangit. Ubique enim vidimus in natura diversarum serierum fastigia a se invicem longe distare, licet haec saepissime maxime analoga sint; quoad omnes simul partes essentiales maxime esse definita et in formam normalem fixa; cum greges inferiores vicinis classibus l. familiis magis approximentur, ad hos radios quasi praebentes, et quoad fructificationem magis vagae sunt et fluctuantes. Has rationes optime confirmant Hymenomycetes, quoad subtilissimas fructificationis partes mire conformes; natura, jam fastigium nacta, in hymenii et receptaculi evolutione tantum occupata est, quare alia ratione tractentur quam inferiores fungi.

A reliquis Fungorum familiis etiam charactere dato facile dignoscuntur, quamvis formis minus bene explicatis, ut mos est, ad Fungos elementares accedant. Sic Hymenomycetum mycelia vulgo ad Hyphomycetes relata fuerunt et Tremellinae Sclerotiaceos Coniomycetum tangunt. Sporophora, Hymenomycetum similia, obviam veniunt tam inter Coniomycetes et Hyphomycetes (v. c. in Isarieis) quam Gasteromycetes, verum tota haec series *thalamii exogenii defectu* facile dignoscitur. De eximia analogia *Gasteromycetum,* qui fastigium alterius seriei analogum sistunt, ceterum vero prorsus oppositum typum exhibent, suo loco disseramus. Quoad vegetationem, morphosin et externam faciem Hymenomycetes proxime accedunt ad Discomycetes et vulgo cum his conjunguntur; qui *thalamio disciformi, supero, sporophoris endosporis* (ascis) manifeste differunt. Sic Hymenomycetum familiam undique acute et clare limitatam censemus.

Ex ea, quae supra de fructificationis indole attulimus, facile liquet ordines et genera ex hymenii configuratione potissimum sumenda esse. In inferioribus haec pro more magis vaga et multiformis est; in summo vero centro s. Agaricinis natura tam multiplex indeque contigua; at tam conformis tamen, ut neque simile nec secundum observetur in toto orbe vegetabilium *).

---

*) Ex Agaricinis duo millia specierum mihi cognita, at quamvis

Hinc sectiones, quae ut maxime naturales et argutius limitatae longe majoris vis et dignitatis sunt, quam inferiorum, genera dictae, tantum ut subgenera proponere volui. Sic subgenera Agarici hymenophoro discreto (Amanita, Lepiota, Volvaria, Pluteus, Psalliota sensu strict.), ex analogia aliarum familiarum utique genere movenda essent, at sistunt seriem cum reliquis naturalem et contiguam. Nam semper ad affinitatem naturalem et limites in natura definitos magis attendendum censeo, quam ad characteres. Ob hanc quoque caussam ab Agaricis removere coactus fui, tamquam genera propria, sectiones quasdam, characteribus minus evidentes, quam biologicis differentiis maxime insignes et sistentes greges stricte definitas, quae haud sine violatione naturae inter diversas Agaricorum series intruderentur. Sic Lentinus, Hygrophorus etc. sistunt greges maxime definitas et naturales; at, *nisi genere moveantur, inter diversissima Agaricorum subgenera essent dissipanda — et inter haec ubique simul seriem eximie naturalem interrumperent.* "Genus dabit characterem, nec character genus" *Linn.* *) Testis sit *Merisma;* qui hoc genus a Thelephoris distinguunt, mihi videntur nescire genera naturalia. Forma receptaculi levis admodum momenti; maximi vero contextus et substantia. Genera Lenzites, Daedalea, Trametes, Irpex etc. inter se magis affinia, quam Lenzites et Agaricus, Daedalea et Polyporus, Irpex et Hydnum; priora quoque omnia jungebat Micheli, Agaricos, Polyporos et Hydna distinguens. Sic quoque major exstat affinitas inter Corticium, Grandiniam, Radulum, Merulium, quam inter Corticium et Stereum, Radulum et Hydnum, Merulium et Polyporum. Pro tempore haec ad hymenii formas disponere cogimur, exstat vero superior differentia nobis nondum cognita. Substantia et contextus diversissimi ita clare separant v. c. Lenzites, Lentinos, Lactarios, Coprinos, ut vix cuidam perito amplius in mentem veniat haec genera cum Agaricis jungere. Inter omnes plantas (et nullam sane vegetabilium familiam neglexi) maximam semper attentionem Hymenomycetibus dicavi. Sero cuidem concedi fingerem tam otium hos diutius et per tot diversas regiones per longam annorum seriem vivas observandi, quam patientiam immensam et paene neglectam litteraturam ab antiquissimis temporibus exhauriendi. Quanti laboris fructus in Synopsi Hymenomycetum depositi, ob com-

---

plurimae magis cosmopolitae, quam aliae plantae, considerando magnum numerum Lentinorum, Merasmiorum etc. in tropicis terris vix fingerem decimam, forsan vicesimam, partem adhuc esse cognitam.

*) Qui e plena singularium cognitione has rationes dijudicare non valent, eis multa vituperanda videbuntur, quae re melius intellecta laudanda agnoscent.

pendiosam formam, vix quis facile fingat; ne vero minus cauti sibi concessum credant de speciebus a se haud visis sententiari et ut dubia in futurum tollantur, plenae descriptiones et rariorum novarumque icones speciosae (singula species sub multis formis in folio imperiali) in *Musaeo Academiae Scientiarum Holmiae deponuntur.* Gavisus quoque sum, plerasque species sub ultimis lustris recolligens, vix ullas novas et antea haud lectas obviam mihi venisse, nam Agaricorum esse finem facile est desperare *). Nec in reliqua Europa (in Exteris vero terris larga messis), cum ab antiquissimis temporibus sint diligenter collecti neglectis reliquis fungis, aliquid majoris momenti detectum est. Hujus rationem hoc loco simul reddere, quatenus mihi innotuit et affinitas indicata, in animo est. Praecipua debentur amiciss. *Berkleyo*, quare species hujus Britannicas (*B.* notavi species in Engl. Fl. receptas; *B. S.* additas in Magaz. Zool. Bot.) ubique citaverim. Et ad conspectum Systematis facilitandum suis locis inserimus simul genera nobis cognita exotica, quae () notata.

At alia simul fuit et gravior quidem ratio, geographicam nempe fungorum distributionem illustrandi, cur fungos anglicos citaverim. Ad pleniorem specierum cognitionem nil magis in desiderio, quam *pleniores et fidae* diversarum regionum catalogi, quales paucissimos tantum habemus; praeter Conspectum fungorum Lusatiae (ceterum in Agaricis, ipsis monentibus Auctoribus, saltim incompletum) modo opera Secretani et Weinmanni, in Epicris. citata. Haud paucos in Europa australiori luxuriare typos, in Europa boreali rarescentes l. deficientes satis constat; at qui boreales ibidem desiderantur non liquet. Alia vero et insignior, ni fallor, exstat differentia inter Hymenomycetes continentali-orientales et occidentales; multas species in Rossia, Lusatia etc. lectas tantum in Uplandia, maxime orientali Svecia provincia, legimus (v. c. insigniores Armillarias Tricholomoideas) nec ullibi in optime nobis ceterum cognitis occidentalibus. Hos omnes in Anglia desiderari proventum modo orientalem confirmat; at omnes species regionis abiegno-rupestris et pineto-montanae, utraque harum nobilissimas apud nos enititur species, exceptis paucis a Klotzschio e Scotia allatis, in Britannia desiderari, e physica Britanniae indole facile explicatur.

Manifestum tamen est fungos, quam reliquas plantas, in diversis terris magis esse communes. *Duae* modo exstant fungo-

*) **Singulare plantarum studium tum primum amoenum et fructuosum evadit; quando non opus sit novas describere species et genera, novos inquirere characteres, sed ipsarum historiam et biologicas rationes licet observare.**

rum *Zonae* typo manifestius diversae, nempe *tropica* et temperata; quoad Hymenomycetes lenti et suberosi in illa, carnosi et fugaces in hac praepollere videntur. Hoc plenius exponere e scopo praesenti nimis deduceret, quare observemus modo intra zonam temperatam specierum proventum longe magis pendere ab indole physica regionis, quam climatis varietate. Diversae provinciae a me plenius exploratae in quattuor evidenter diversas regiones disponuntur:

1. *Regio campestris,* nemoribus et dumetis, immo plantationibus Pini variegata, quales Selandia, Scania, Uplandia etc. campestres, fungorum perfectiorum inops est; at Coprinis, Tricholomatibus guttatis c. s. p. praepollet.

2. *Regio fagineo-montana*, cum praecedente in Scania, subsequente in Smolandia confluit, at fungos multo magis speciosos in terra humosa, umbrosa vulgo gignit. Multas species epidendras in hac regione tantum vidi.

3. *Regio abiegno-rupestris,* ad quam pertinent Smolandiae borealis partes elevatiores, Mons Omberg, Uplandia rupestris, in quibus solum muscosum, udum, et multae nobilissimae species tantum leguntur. Cortinariorum ditissima est et Hydna mesopoda plurima huic et sq. priva.

4. *Regio pinetomontana,* quae provincias nostras macriores piniferas et praecipue Smolandiam occidentalem complectitur. Solum glareosum, aridum, Ericis et Vacciniis, Corno svecica etc. vestitum. Haec regio mihi plurimas novas species obtulit. In pratis macris hujus regionis eximie luxuriant Leptoniae, ceterum sporadicae.

Distributionem specierum infra indicaturus non diversas Scandinaviae geographicas regiones, sed has physicas numeris (1—4) appositis designavi, loca specialissima rariorum simul indicans. Multae species in altera regione vulgatae, quod ! indicavi, in reliquis modo sporadicae; plures autem ubique vulgatissimae eaeque maxime proteae. Has, *litteris cursivis* notatas, primum quisque sibi notissimas reddat priusquam novas determinare periclitetur. Aliae species, eaeque nobilissimae, *meteoricae* sunt, annis valde pluviosis et calidis simul tantum emergentes.

Omnis vero veritas pendet e specierum *fida* determinatione. Icones et descriptiones modo fallunt, nisi species ex intima sua affinitate consociatae et dispositae. Nullibi sane in tota re herbaria species aeque facile in stirpes vere naturales disponere licet, quam v. c. inter Agaricos. Harum determinatio Mycologiae

cardo et fundamentum. In Epicrisi subinde coactus fui, ob characteres acutos in hoc opere necessarios, affines divellere et affinitatem analogo loco modo indicare. Sic v. c. *Agaricus Mappa* et *recutitus* propter volvam circumscissam juxta *A. muscarium* erant collocandi; at affinitatem adesse majorem cum *A. Phalloide* et *porphyrio* quisque facile videt. Hoc loco a characteribus liber ubique proxime affines arcte consociavimus, quod peritis specierum determinationem fidelem admodum sublevabit. Ne stirpium numerus nimis augeatur, formas a typo nonnihil recedentes passim subjungere necesse fuit; has species *linea* (—) ante numerum signavi.

Plurimi hodierni Mycologi vel in speciebus novis exoticis describendis vel in novis generibus inter fungos elementares condendis occupati sunt; at ignoscant, precor, me observantem necesse esse, ut species Europae prius bene cognitae sint; novae species Agaricorum, Pylypororum etc. inter tot centurias sine accurato affinitatis indicio futuri Mycologi labores magis retartabunt, quam sublevabunt. Possumus inter Fungos infimos, quorum historia *in fieri* occupata est, bene esse versatos, at *neglecto singulari per plures annos studio* Hymenomycetum, seculorum laboribus excultorum, inter hos plane esse peregrinos vel hospites modo. Crescente indies mycologiae ambitu vix liceat amplius omnes familias simul colere; necesse est, ut singula monographice, ad exemplum Cel. fratrum *Tulasne*, tractentur. Parum sane interest, an una alterave species nova exotica singulatim describatur; equidem saltim invitus novas propono species nisi suscepta integra generis l. familiae revisione. Post editam Synopsin Hymenomycetum plures et largas exoticorum recepi collectiones, quarum species, in Mscr. jam pridem descriptas, in opere universali primum divulgare in animo erat; ne erga inventores injustus sim, *Wahlbergii Natalenses*, *Liebmanni Mexicanos*, *Oestedii Americae meridionalis* etc. seorsim publicare cogor (*Cumingii! Zeyheri!* etc. a Berkleyo optime descripti jam exstant), licet ingenue fatear mihi saepe impossibile fuisse dictu, an a copiis absque affinitatis indicio post synopsin descriptis, absolute diversi sint.

Ordines hujus familiae sunt:

a. Hymenio primitus effigurato,

I. *Agaricini*, lamelloso, radiante.
II. *Polyporei*, poroso, l. sinuoso.
III. *Hydnei*, aculeato l. varie protuberante.

b. Hymenio laevi vageue costato,

IV. *Auricularini*, horizontali, subinfero.
V. *Clavariei*, verticali, amphigeno.
VI. *Tremellini*, cum fungo gelatinoso confuso.

A. Agaricini.

+ *Fugaces, lam. membranac., scissiles, similares.*

I. Agaricus. *L.*

Lam. nudae, persist., pileo contiguae.

Series I. *Leucosporus*, spor. albis, albidis.

Subg. I. Amanita, *velo univers. discreto.*

a. St. *A. vaginati* (caesar.?), pilei marg. pectinato.

1. *A. vaginatus.* Bull. 1—4. — *B. n. 2, 3.*

b. St. *A. Phalloidis*, volua libera l. squamata.

2. A. virosus (non Secr.) — 2—4!
3. *A. Phalloides.* 1—3. — *B. n. 1. Weinm. n. 1, 2.*
4. A. Mappa. 2, 4. — *B. S. 138.*
5. A. recutitus. 3.! Am. toment. *Krombh.*
6. A. porphyrius. *Alb. Schw.* — 4! *Weinm.* n. 3.

c. St. *A. muscarii*, volva verrucosopartita.

* lam. striato-decurrentibus.

7. *A. muscarius.* L. 1—4. — *B. n. 4.*

— regalis. 2. — umbrinus. P. 3, 4.

8. A. validus. 1. Upsal. r. A. Rieckii *Rabenh.?* *)
9. A. spissus. 1—3. Ups. etc. r.
10. *A. rubescens.* Scop. Pers. 1—4. *B. n. 8.*
11. A. magnificus. 2. Saell. Scan. Smol.

** *lam. liberis. nec stria decurr.*

12. *A. pantherinus.* Dec. **) 1—4. *B. n. 6.*

13.?A. solitar. * strangul. 4. r.

14. A. excelsus. 2—4. — *B. n. 7.*
15. A. nitidus. 2. Scan.
16. A. asper. 2, 4. — *B. n. 9.*

d. St. *A. Persoonii*, velo oblitterato.

17. A. aridus. 4. Betul. eric. Femsjö.
18. A. Persooni. 2. Femsjö! *Valde divers. n. 19.*
19. A. lenticularis *Lasch.* Svec. med. or. p.! ***)

* A. vapidus. Ups. c. priori.

20. A. scobinellus. 3. Ostrog. r.

---

*) Descriptio potius *prioris*, sed *pileus opacus* hunc suadet.

**) Non satis liquet utrum Decandollei fungus ad hunc an A. muscar. umbr., quem citat, l. A. baccatum sit referendus.

***) Hic, non prior, est *A. Secretani* Rabenh. (non Fr.) sec. spec. Laschii! Ad hunc quoque spectat A. putidus. *Weinm.! n. 16.* (Accepi hoc opus duabus plagulis Epicriseos typis exscriptis, quare in his citanda h. l. addo.)

Subg. II. Lepiota, *velo univ. concreto.*

a. St. *A. proceri,* annulo mobili.

21. *A. procerus* Scop. 1—4. — *B. n. 10.*
22. A. rhacodes. *Vitt.* 1. Upsal. copios.! *B. S. 257.*
23. *A. excoriatus* Schaeff. 1—4. *B. n. 11.*
24. A. gracilentus. *Krombh.* 1. Saell. Scan.
25. A. mastoideus. 1. Saell. Scan. *B. S. 1.* t. 1.

b. St. *A. clypeolarii,* annulo infero.

26. A. acutesquamosus. *Weinm.* 10. Ups.! Holmiae! etc. *B. 5.*
— rudis. *Krombh. t. 28. f. 18—21.*
27. A. hispidus. *Lasch.* 1—3.
28. *A. clypeolarius.* Bull. B. 13,? 14.
* roseus. *(Scop.)* 2. * vaporar. *Weinm.* *)
29. *A. cristatus,* Bolt. 1—4. Weinm. 13.
— rosellus. 1. Lund.
30. A. ermineus. 1. Scan. Lund.!

c. St. *A. holosericei,* annulo supero.

31. A. holosericeus. 2. Scan. Dalby!
32. A. naucinus. 1. Scan.! Holmiae! etc.
33. A. caepestipes. *Sow.* 1. *B. n.* 12. W. 14.

d. St. *A. granulosi,* annulo pileo contig.

34. *A. granulosus,* (Batsch) Fr. 2—4. *B.* 17.
*A. carcharias. P. 3, 4. **A. amianthin. Scop.* 1—4.
35. A. parvannulatus. *Lasch.* 1.
36. A. sistratus, loc. gr. Smol. r.
(A. seminudus = A. actinorhizus *Mont.!*)

e. St. *A. illiniti,* pileo viscoso!

37. A. medullatus. 4. Fems. r. sed insign.
38. A. pinguis. 1. Lund r. sed valde div.
39. A. illinitus. A Smol. ad Lappon. pass.
40. A. delicatus, 3. et Upsal. semel. **)

Subg. III. Armillaria, *Velo partial. annulato.*

a. Stirps *Tricholomoidea,* lam. sinuatis.

41. A. bulbiger. *Alb. Schw. Kl. t. 313.* Suec. or. cop. W.goth. ***)
(A. phoeniceus = A. Lerchei. *Weinm.!* n. 15.)
42. A. focalis. Suec. med. or. r.

---

*) A. polystictus *Berkl.* cum forma pinctorum optime saltim convenit. Ad * *vaporarium* ex *Berkl. n. 15.* pertinet A. Meleagris *Sow.* t. 171 (Epicr. p. 57), quod ex icone numquam fingerem. Tota indoles et facies inter *A. saponac. atrovir. et cuneifol.* media. An distinguatur explorare non licuit.

**) A. piluliformis *Bull.*, a me non visus, deleatur; est e *Berkl.* in litt. Hypholoma junius. Vol. II. operis Bulliardi in omnibus Biblioth. Sveciae, Daniae et Berolini deest!

***) Cortinarius leucosporus. *Lindgr.! Bot. Not. 1845. p. 197.*

43. A. stramineus. *Krombh.* 3. Smol. bor.
44. A. aurantius. *Schaeff.* 3. p.
(A. ramentaceus = A. argyrac. B. n. 36.)
45. A. cingulatus. 1, Scan. pass. *Aff. n. 78, 77.*
46. A. constrictus. 1—3. Scan. Upl. etc. fr. *B. n. 18.*
b. Stirps *Clitocybaea*, lam. decurr.
— 47. A. imperialis. *) Holm. W.goth.
48. *A. melleus.* Vahl. 1—4. *B. n. 20.*
— 49. A. subcavus. *Schum.* 1. Saell. (n. v.)
c. Stirps *Collybiaea*, lam. seced.
— 50. A. laqueatus. Scan. Rosenh!, Bahus. *Lindgr.!*
51. A. mucidus. *Schrad.* 2. copios. *B. n.* 19.
52. A. fracidus. 1. Dan. Scan. r.
Subg. IV. *Tricholoma*, st. carnoso nudo, lam. sinuat.
a. Stirps *Limacina*, pil. viscoso-pelliculoso.
* *lamellis puris.* Valde nobiles.
53. A. equestris. L. 3, 4 *copiosiss.*
54. A. coryphaeus 2., Kinnek. *Lindgr.*
55. A. sejunctus. *Sow.* 2, 3. *B. n. 38.*
56. A. portentosus. 3, 4, *copios.*
57. A. unguentatus. 4. Odens. Smol. r.
58. A. fucatus. 3, 4. pass. copios.
59. A. quinquepartitus. L. *Lund. Holm.* n. 22.
60. A. resplendens. n. sp. **) 4.
** *lamellis decoloribus, maculatis.*
61. A. nictitans. Ericet. 4. rar. — *fulvell.* sq. affinior.
62. *A. flavobrunneus.* 1—4. *B. n. 28.*
63. A. albobrunneus. *P.* 3. — *B. n. 27?*
64. *A. ustalis.* 1—4, mutabil.

---

*) *A. imperialis*, compactus, pileo carnoso convexo-plano brunneo, demum diffracto, versus marginem laevem squamuloso, annulo amplo, lamellis obconico-decurrentibus confertis ex albo pallescentibus. Cfr. *Lund. Holm. n. 17.* In silvis rupestribus, Holmiae! in Rådaås Westrogothiae *Lindgren!* Maximus, durissimus, speciosus, inter *A. robustum* et *colossum* medius, ab utroque annulo amplo lamellisque longe decurrentibus distinctus. Icon ut affinium in *Mus. Ac. Sc. Holm. Species a typo stirpis recedens.*

**) *A. resplendens*, candidus, pileo carnoso convexo-plano glabro glutinoso demum argenteo-splendente, stipite solido valido glabro (apiceve flocculoso), lamellis liberis dein uncinato-adnexis subdistantibus immaculatis. Sub umbra Coryli in Smol. raro, at suis locis copiose. Eximius, habitu Hygrophori, sed lamellae Agarici. Stipes nunc aequalis, nunc bulbosus, ½ unc. crassus. — *Miraculum sane est nobilissima Tricholomatum legio*, cujus plurimas species in *Mus. Ac. Holm.* speciose pictas videre licet. Clitocybae non minus numerosae, at species, exceptis *Versiformibus*, plurimae plebejae.

65. A. pessundatus. Smol. occ.! *Kickx C. 1. n. 67.*
66. A. frumentaceus. *Bull. ex ic.* 4. *)
b. *Genuina,* cute floccosa l. fibrillosa.
* *lamellis puris.*
67. A. rutilans. *Schaeff.* 1, 3, 4. *B. n. 32.*
68. *A. variegatus.* Scop. 1—4.
69. A. scalpturatus. 3. Omberg. A. albofimbr. *Trog. Flor. 1839.*
70. A. aestuans. 4. A. leucoxanth. P.?
71. A. luridus. *Schaeff.* 2, 3. *B. n. 30.*
— 72. *A. columbetta.* 1—4. *B. S. 259.*
** *lamellis decoloribus.* Cfr. n. 45.
73. *A. imbricatus.* 1—4. *B. n. 33.*
74. A. vaccinus. *Pers.* 3, 4 copios. *B. n. 34.*
75. A. furvus. 1. Scan. rariss.
76. A. gausapatus. 1. Scan. *Weinm. 37.*
77. A. terreus. *Sow.* 1. Scan.! Upl.! etc. *B. 35.*
— argyraceus. *Bull.* Holm.! — chrysites.
78. A. tristis. *Scop.* 1. Scan. in saepib. salic.
c. *Rigida,* cute rigida glabra, squamatorupta.
— 79. A. colossus. 4. Fems. *Portentum mirabile!*
80. *A. saponaceus.* 1—4. A. murinac. *Sow. B. S. 261.* **)
81. A. miculatus. *Querc.,* nuper haud lectus.
82. A. loricatus. *Corylet.* r. Femsjö.
83. A. sudus. *Upland.,* Gottsunda.
84. *A. virgatus.* 1—4.
85. A. tumidus. *Pers.* 3, 4. rar.
86. A. hordus. 1, 2. Scan. Trolleholm etc.
87. A. atrocinereus. *Pers.* 1. Lund., Upsal.
88. *A. cuneifolius.* Fr. 1—4. *B. n. 109.*
d. *Sericella,* e sericello glabra, sicca.
* Stirps *A. lascivi,* foetidi, lam. crassis.
89. *A. sulfureus.* Bull. 1—4. *B. n. 114.*
90. A. bufonius. P.? 1—4, raro. *B. n. 31?*
91. A. stiparophyllus n. sp.! *Lund. Holm. n. 10.* ***)

---

*) *A. frumentaceus* Bull., qui nostrum optime refert, siccus quidem dicitur, sed apud Auctores ad cutis indolem haud attendentes haec nota nullius momenti est. Alii quaerunt in formis *A. saponacei,* sed color meo tantum convenit. *A. russulam* Schaeff., ad spec. Rossica mihi notam, separato *A. opiparo,* in Suecia non legi.

**) Synonymorum determinatio inter Agaricos longe majoris momenti, quam species novae. Laetamur *Berkleyi* studiis tandem fixa *A. graveolentis* et *A. muninacei* Sow. *Hygrophorus murinaceus* noster nil cum his habet commune.

***) *A. stiparophyllus,* pileo compacto e convexo plano obtuso e sericello glabro, margine laevi, stipite cavo valido aequali sursum

92. A. lascivus. 1, 2. p. *B. n. 105.*
93. A. inamoenus. 3, 4. copios. *B. n. 106.*
—¿94. A. opicus. 3. Fems. r. color griseus, 84.
** Stirps *A. jonidis*, inodori, pusilli, lam. tenuib.
95. A. chrysentherus. *Bull.* 2. Scan. rar.
96. A. cerinus. *Pers.* 3, 4, passim, sed parce.
97. A. onychinus. 3, 4. Smol. Yaberg!
98. A. jonides. *Bull.* 1—3. pass., sed parce.
+ A. paeonius. 4. Fems. Insignis, at semel modo!
99. A. carneus. *Bull.* 1—2. parce. *B. p. 30.* *
— 100. A. caelatus. 4. Femsjö etc. *Cinereus.*
e. *Guttata*, pileo udo laevi guttato. *Verna.*
101. A. gambosus. 1. Scan.! Holm.! A. graveol. *Sow. t. 281. B. S. 140.*
102. A. albellus. *Dec.* 2. Scan. *Westerstad!*
103, A. borealis. 1. Holm.! Ups.!
104. A. graveolens. *Pers.* 1—2.
105. A. pes-caprae. 1. Scan.
f. *Spongiosa*, pil. compacto udo, *st. spong.*
106. *A. personatus* 1—4. — *B. n. 39. Kl. Bor. t. 470.*
107. A. nudus. *Bull.* 1, 2. *B. n. 40.*
108. A. Schumacheri. 2. Scan. Trolleholm!
109. A. patulus. 1. Ups. Vårdsätr. etc.!
110. A. panaeolus. 1. Upsal. etc.
111. A. arcuatus. 1—2. r.
112. A. oreinus. Hallandsås!
113. *A. albus.* 1—4. (Duplex, alter A. inpol.)
— 114. A. leucocephalus. *Krombh.* Gottsunda.
— 115. A. Cnista. 2. Smol. Odensjö!
g. *Hygrophana*, pil. tenui, hygrophano.
116. A. grammopodius! *Bull.* 1. Scan. Alnarp etc. *B. 87.*
117. A. humilis. *Pers.* 4. Fems. copios.
118. A. brevipes. *Bull.* 1. Lund., Ups.! *Kl. t. 474. B. n.* 41.
119. *A. melaleucus* P. 1—4. Mutabil.
120. A. exscissus. Femsjö, unico l. copios.
*121. A. pulverulentus. *P.* 1. Upsal.
122. A. turritus. 4. Femsjö.
— 123. A. persicinus. 4. Smol. Suderm. pass.
** *lamellis decoloribus.*
+ 124. A. urbus. Saelland. *Schum.* n. v.
125. *A. sordidus.* 1—4. Cum 107. confus.
126. A. paedidus 1. Upsal., semel.
127. A. lixivius. Upsal.! Holm.! *(B. n. 115?)*
128. A. rasilis. 4. Smol. occ. nobiliss.!

---

albofarinaceo, lamellis rotundatis confertis albis. In nemoribus Holmiae, passim.

129. A. favillaris. Musc. eric. Hall. etc. r.
130. A. putidus. 3, 4. pass. *Lund. Holm. n. 43.*
Subg. V. Clitocybe, *st. spongioso, lamell. decurr.*
* *Disciformes*, pil. carnoso, convexo-plano etc.
* *Nebulares*, pileo cinereo, fusco.
131. *A. nebularis.* Batsch 1—4. *B. 80* (79 exc. descr.)
132. *A. clavipes.* Pers. 1—4.
133. A. comitialis. *Pers.* 3. Upsal. etc. r.
134. A. auricula. 3. Smol. r.
135. *A. fumosus.* P. 1—4! Pass. c. varr.
136. A. luscinus. Hallandsås!
137. A. curtipes. 1. *Scan.* r.
— 138. *A. hirneolus.* 1—4! Aff. n. 100.
** *pileo laetius colorato.*
139. A. tyrianthinus! 2. Odensjö.! *Eximius!*
140. A. opiparus. 4. Femsjö.
141. A. irrufatus! *Lund. Holm. n. 47.* *)
142. A. viridis. *Bolt.* 4. r. *B. n. 82.*
143. *A. odorus.* Bull. 1—4. *B. n. 83.*
144. A. subalutacens. *Batsch* 1—4.
145. A. amarus. 3, 4. r. Holmiae etc.
146. *A. rivulosus.* P. 1—4.
*** *pileo candicante.*
147. *A. cerussatus.* 1—4. *B. n. 86.*
148. A. phyllophyllus. *Epicr.* 1, 2. cop.
149. A. pithyophilus. *Secr.* 3, 4! *B. n. 78.*
150. A. tornatus. 3, 4, rar. c. v. *viscida!*
151. A. olorinus. 1, 2. Aff. sq.
152. *A. candicans.* Pers. 1—4. *B. n. 84.*
153. A. dealbatus. *Sow.* 1. — *B. n. 85.*
154. A. gallinaceus. *Scop.* 1. Scan.
b. *Difformes*, p. subumbonato, lam. inaeq. decurr.
155. A. amplus. *P.* 3, 4. Smol. p.
156. *A. coffeatus.* 1—4. A. fumos. *B. n. 81.*
157. A. elixus. *Sow.* Upsal.! *B. S. n. 264.* **)

---

*) *A. irrufatus*, totus lateritius, pileo expanso convexo-plano depressove udo epelliculoso, flocculis sericellis secedentibus glabrato, stipite cavo aequali sericeo-fibrilloso, lamellis confertissimis decurrentibus concoloribus. Inter Muscos pinetorum Holmiae! verum aegre ab *A. inverso* separandus. Me socio omnes fungi Holmienses divi *Lundii* lecti et, hoc excepto, a me pro novis agniti. Duplo plures sp. l. c. a me lecti.

**) Difficilem hanc ex sola Sowerb. ic. speciem Upsaliae legimus et in Mus. Ac. Holm. pictam deposuimus. Eadem videtur *Berkleyi*. Lamellis subdistantibus a proximis clare differt, nec caespitosus.

158. A. decastes. 1—4, sed sporad.
159. A. aggregatus. *Schaeff.* 2, 4 Betul.
160. A. humosus. 4. Fems. semel, aff. n. 118.
Plures, priores forsan luxuriantes, omisi.
c. *Infundibuliformes*, nec hygrophani, l. longe decurr.
* *pileo sericello.*
161. A. giganteus. *Sow.!* 1, 2. — *B. n. 76.* *)
162. A. maximus. *Fl. Wett.* 2. Scan. Trolleh.
163. *A. infundibuliformis.* Schaeff. 1—4. *B. n. 75.*
164. A. squamulosus. P. c. v. membr. 1—4.
165. A. trullaeformis. Scan.! Salten Lapp.!
166. A. incilis. Upland. r.
167. A. sinopicus. Smol. occid. copios., vernus.
— 168. A. parilis. 4. r. Affin. n. 100, 138.
** *pileo udo, glaberr., colorato.*
169. *A. gilvus.* P. 1—4 sub divers. form. *B. n. 73.*
170. A. geotropus. *B.* 1. Scan. 4. Smol. *B. n. 75 β.*
171. A. inversus. *Scop.* Ups. Fr. *B. n. 90 β.*
172. A. flaccidus. 1, 2. *B. n. 74.*
\+ A. adscendens. *Schum.* Saell. (A. cervin. *Hoffm.*) *n. v.*
173. A. paropsis. 2. p.
174. A. vermicularis. 3, 4. *Femsjö.*
*** *pileo candicante.*
175. A. Cacabus. 3. Smol. r. sed nobilis!
176. A. Catinus. 2. Smol. Älmås, r.
177. A. Tuba. 3, 4. p. Affin. n. 149.
178. A. ericetorum. *Bull.* 1. Ups. r.
d. *Cyathiformes*, hygrophani, lam. adnato-decurr. adscend.
179. *A. cyathiformis.* Bull. 1—4. B. n. 177.
180. A. expallens. P. 1—4.
181. A. obbatus 1, 3.
182. A. Calathus. 1. Ups. r.
183. A. concavus. *Scop.* 1—3.
184. A. vibecinus. 3, 4. copios.
184.b.A. suaveolens. *Schum.* 1, 2.
184.c.A. brumalis. — 4.
e. *Orbiformes*, planiusculi, lam. horizont. adnatis.
* *lamellis cinereis* etc.
185. A. orbiformis. 4. Femsjö.
* applanatus. *Secr.* 1, 3.
186. A. metachrous. 3, 4. copiose.

---

*) Noster *A. giganteus* certissime *Sowerb.* et nisi omnia fallunt Berkleyi, odore variabili! tantum recedens. Ab *A. maximo* valde diversus est.

187. A. pausiacus. 1, 3. r.
188. A. ditopus. 4. Femsjö etc.
189. A. nubilus. 3. r. Upsal.
190. A. obolus. 3—4. p.
** *lamellis albidis.*
191. A. diatretus. 3—4. fr.
192. *A. fragrans.* Sow. 1—4. *B. n. 175.*
193. A. angustissimus. *Lasch.* 1, 3, 4.
194. A. obsoletus. *Batsch.* 1—2. *B. n. 176.*
195. A. mortuosus. Vårdsätra r.
— 196. A. gyrans. Gottsunda r.
f. *Versiformes,* pileo subsquamuloso etc.
— 197. A. difformis *P. Fr.* — 3, 4.
— 198. A. incomtus. 4. Femsjö.
199. A. pachyphyllus. 1, 3. Ups. p.
200. A. ectypus. 1—4 Suec. austr. p.
201. A. bellus. *P.* 1, 3. r. — *B. n. 103.*
202. *A. laccatus.* Scop. — 1—4. *B. n. 102.*
203. A. sandicinus. — 3. r. Smol. alt.
204. A. grumatus. 4. Femsjö r.
205. A. nitellinus. 1. Upsal. frequ. *)
206. A. demissus. r. 4.
Subg. VI. Collybia, *stip. cartilagineo, pil. marg. invol.*
a. *Striaepedes,* stipite striato sulcato.
— 207. *A. radicatus.* Relh. 1—4. *B. n. 110.*
(A. longipes. *Bull.* = A. pudens. P. *B. n. 64.*)
208. *A. platyphyllus.* P. 1—4. *B. S. 263.*
209. A. semitalis. Upsal. p. meteor.
210. A. loripes. 1. Scan. r. (Aff. n. 220.)
211. A. lancipes. Upl. Ekhamn.
212. A. fusipes. *Bull.* 1, 2. *B. n. 112.*
213. *A. maculatus.* Alb. Schw. 1—4. *B. n. 113.*
+ 214. A. prolixus. Dania, *n. v.*
215. A. distortus. 3, 4 Smol. fr., Ups. r.
216. *A. butyraceus.* Bull. 1—4. c. v. *B. n. 114.*
217. A. ephippium. 1. Upsal.
218. A. asemus. 1—2! 4?
219. A. stridulus. 3, 4. A priori vald. diff.
— 220. A. pullus. *Schaeff.* 4. Fems. r. insign.!
— 221. A. strumosus. 4. Fems. unico loco copios.
b. *Vestipedes,* stip. villoso l. pruinoso.
— 222. *A. velutipes.* Curt. 1—4. *B. n. 111.*

---

*) Summopere insignis, affinitatis parum conspicuae, e char. *Collybia,* at ni fallor *A. laccato* proximus.

223. A. molochinus. *Epicr. p. 378.* 1. Ups. r.
224. *A. confluens. Pers.* 1—4. *B. n. 116.*
225. A. ingratus. *Schum.* 1, 4. var.
226. A. hariolorum. *Bull.* A. dispar *Batsch.* 2.
227. A. floccipes. 2. r.
— 228. A. cauticinalis. *Bull.* 1. *B. n. 136.* *)
229. A. myosurus. 4. A Smol. ad Lappon.
230. A. conigenus. *Pers.* 1, 3. 4. *B. n. 126.*
231. *A. cirrhatus.* 1—4. *B. n. 129.* A. ocell.
232. *A. tuberosus.* Bull. 1—4. *B. n. 128.*
*233. A. racemosus. P. Fems. semel. *B. S. 45.*
+ 234. A. alumnus. *Bolt.* Dan. Sch. *n. v.*

c. *Laevipedes,* st. laevi, glabro.

235. A. collinus. *Scop.* 1—2.
236. A. xanthopus. 3, 4! *B. n. 117.*
237. A. acervatus. 3—4 copios.
238. *A. dryophilus.* Bull. 1—4. *B. n. 118.*
239. A. aquosus. *Bull.* 4. r. ad Lappon.
240. A. exsculptus. 2. Smol. Yaberg.
241. A. succineus. 2. Smol.
242. *A. esculentus.* Wulf. 1—4. *B. n. 124.*
243. *A. tenacellus.* P. 1—4. *B. n. 125.*
244. A. stolonifer. *Jungh.* Cum pr.
245. A. macilentus. 3.
246. A. clavus. L. 1—2. r. *B. n. 130.*
247. A. ocellatus. 2—4. pass. *Kichx 172.*
248. A. floridulus. 4.
249. A. Michelianus. 1—2.
249.* A. muscigenus. *Schum.* 1—4 parce.
250. A. ludius. Upsal.

d. *Tephrophani,* grisei, subhygrophani.

* Stirps *A. rancidi,* graveolentes.

251. *A. rancidus.* 1—4. **)
252. A. coracinus. Upsal. r.
253. A. ozes. 4. Smol. Fems. etc.

---

*) *Bulliardi* nomen recepimus, licet maxime commutatum. A. cauticinalis *Aliorum* est *A. campanellae* var. at Swartzii! Marasmius (= ? A. undatus. *B. n. 127.*) Praeter *A. scabellum* A. S. etiam h. l. videtur *A. graminicola.* Nees! Krombh., cujus specimina (ochracea) sicca modo vidi, sed speciem vulgatiorem in Europa media l. boreali mihi non obviam, haud facile fingerem. — Natura prorsus est Marasmii, at lam. Agarici.

**) Affinem, humiliorem, minus graveolentem, colore pallidiori passim legimus Upsaliae. Utriusque icon in *Mus. Ac. Holm.*

254. A. mephiticus. 3.
— pauperculus! *Berkl. n. 144.*
** Stirps *A. inolentis*, inodori.
255. A. murinus. *Batsch?* — Quercet. r. *)
+ 256. A. crenulatus. *Schum. Saell.* — *n. v.*
257. A. inolens. 1, 3. Upland.
258. A. plexipes. 2. Fag. copios.!
259. A. protractus. 1, 3. Upsala.
260. A. clusilis. Pascua. Fems. Upsal.
261. A. erosus. 4. Smol. occ.
262. A. atratus. 3, 4 p.
263. A. ambustus. 3, 4 freq.
264. A. tylicolor. 1. Scan. Reften.
? A. reductus. 1. aff. dub.
Subg. VII. Mycena, *st. cartil., pil. marg. adpresso.*
a. *Calodontes*, lam. acie discol. dentata.
265. A. pelianthinus. 1, 2! *B. n. 107. S. 2.*
266. A. balaninus. *Berkl. S. 42. c. ic.* — 1, 2.
— pristoides! var. pr.!
(A. Iris. *B. n. 143* = A. multipl. *Fr. Ep.*)
268. A. aurantiomarginatus. 1—2. r.
269. *A. elegans.* P. 1—4. *B. n. 150.*
270. A. avenaceus. 2. p.
271. A. atromarginatus. Upsal. p.
272. *A. rubromarginatus.* 1—4.
273. A. strobilinus. P. 2. p. *B. n. 151.*
274. *A. rosellus.* 1—4. Pinet. copios. *Kickx 1. 73.*
b. *Adonideae*, laete color., lam. unicoloribus.
275. *A. purus.* P. c. varr. **) 1—4. *B. n. 152.*
276. *A. Zephirus.* 1—4.
277. A. Adonis. *Bull.* 2, 4. *B. n. 153.*
278. A. chloranthus. 1, 2. *Kickx 1. 75.*
279. A. atrocyaneus. 4. r. Femsjö.
280. A. lineatus. 1, 2. p.
281. A. luteoalbus. *Bolt.* 3, 4. r. *B. n. 154.*
282. *A. flavoalbus.* 1—4. *B. n. 155.*
283. *A. lacteus.* P. 3, 4.!
— pithyus. 3, 4. p.
— 284. A. gypseus. 1, 2.

---

*) A. hydrochrous. *Rab.* conferatur cum *A. lacerato*, quem e loco misit *Lasch.*

**) Mire quoad colorem varius, etiam pileo luteo et totus albus.

c. *Rigidipedes*, stip. radicato, exsucco, lam. decorol. sqq.

285. A. cohaerens. (vix P.) 3 Ups.

285. A. proliferus. *Sow.* 1. Scan.

287. *A. rugosus*. 1—4.

—? A. excisus *Lasch.* — ? fagetorum. 2. cop.

288. *A. galericulatus*. Scop. 1—4. *B. n. 146.* *)

289. *A. polygrammus*. Bull. 1—4. *B. n. 147.*

290. A. inclinatus. 1—3.

291. A. parabolicus. 3, 4.

292. A. Tintinabulum. 2. p.

293. A. laevigatus. *Lasch.* 3, 4. copios.

— 294. A. sudorus. 2. r.

d. *fragilipedes*, stipite sicco fragili.

295. A. atroalbus. *Bolt.* 1—2. *B. n. 141.*

296. A. dissiliens. 2, 3.

297. *A. alcalinus*. 1—4. *B. n. 145.*

*A. ammoniacus. Cum pr.

298. *A. metatus*. 1—4!

299. A. plicosus. 2, 4. parce.

300. A. peltatus. 4. Fems.

301. A. Aetites — 1, 2.

302. A. stanneus. 1, 2.

303. A. vitreus. 3.

304. A. tenuis. *Bolt.* Ups. Gottsunda!

e. *Filopedes*. st. flaccido, exsucco.

305. *A. filopes*. *Bull.* 1—3. *B. n. 142.*

306. A. amictus. 4 copios.

307. A. janthinus. 3.

308. A. uranius. 3, 4.

309. A. collariatus. Smol. Upl.

310. A. vitilis. 1—4.

311. *A. debilis*. 1—4.

312. A. speireus. 2—4. p.

313. A. supinus. 1—2. r.

314. A. tenellus. *Schum.* 1. Ad Salices.

— 315. A. cimmerius, 2. Scan.

316. A. acicula. *Schaeff.* 2. Smol.

f. *Lactipedes*. stipite lactesc.

317. *A. haematopus*. P. 2—4. copiose.

318. A. cruentus. 3, 4.

319. A. sanguinolentus. *Alb. Sch.* 1, 2. *B. n. 149.*

320. A. crocatus. 2. copiose!

---

*) Quid sit A. galeric. *Krombh.* t. 1. f. 31 (A. pubescens *Rabenh.*) non liquet, nisi forma minuta *A. longipedis*.

321. A. chelidonius. 2, 3. r.
322. *A. galopus.* P. 1—4. *B. n. 148.*
g. *Glutinipedes,* stipit. viscoso.
323. *A. epipterygius.* Scop. 1—4. *B. n. 154.*
324. A. clavicularis. r. Upsal.! etc.
325. A. pelliculosus. 4. Femsjö.
326. *A. vulgaris.* P. 1—4. *B. S. 46. exs. n. 133.*
32G. A. citrinellus. P. 3. 4.
328. A. roridus. 1—4 parce. *Berkl. 30* *
h. *Basipedes,* basi dilatata.
329. A. Stylobates. *Pers.* 1—4 parce. *B. n. 156.*
330. A. dilatatus. 2. Fems. r.
(A. tenerrimus. *B. n. 157.* A. clavul. *Batsch.*)
331. A. echinipes. *Lasch.* 1, 3, 4.
332. A. pterigenus. 2—4. *B. S. 47. exs. n. 134.*
— 333. A. trachelinus. 2. Fems. r. et nobil.
i. *Insititii.*
334. *A. corticola.* 1—4. *B. n. 161.*
335. A. hiemalis. *Osb.* Cum pr.
6. R. lactum. In Carpino frequ.!
7. R. botrytis. 4. in Quercu. r. In America frequent.
8. R. aterrimum. *Fr. exsicc. 39!* 4. Eximium.

XLI. Phlebia. *Fr.*

Hymenium gelatinoso-cartilagineum, in cristas venosas corruge.

1. P. Merismoides. 2! *B. p. 262. n. 2.*
2. *P. radiata.* (Mire protea.) 1—4. *B. n. 3.*
* P. contorta et numerosae subsimil. vix disting.
3. P. vaga. 3, 4. *B. S. n. 51.*

XLII. Grandinia. *Fr.* (quasi *Grandine* conspersae.)

Hymenium ceraceum, contiguum, granulosum.

1. *G. granulosa.* (P.) 1—4. *B. exs. n. 243.*
2. G. mucida. 4. Priori affinis.
3. G. ocellata. 2. Femsjö r.
4. G. Agardhii. 3, 4.
5. G. papillosa. 4. Femsjö etc. *B. S. 282.*
6. G. crustosa. *Pers.* 1. Scan. fr.!

XLIII. Odontia. *Fr.* Hydni. sp. *P.*, *B.*

Hymenium membranaceum, verrucis apice cristato-multifidis.

1. O. barba Jovis. (*Bull*) Holmiae. *Sw. B. n. 13.*
2. *O. fimbriata.* (Pers.) 2! — 4. *B. n. 14. exs. n. 143.*
3. O. cristulata. 4. Femsjö.

(O. compacta = Phlebia hydnoidea *Schw. Am. n. 604.*

XLIV. Mucronia. *Fr. Syst. III. p. 278.* *)

Subiculum o! Aculei ceracei, subulati, sporoph. monosporis.

1. M. calva. (*Alb. Schw.*) 3! 4.

D. Auricularini.

+ *Carnosi l. e carnosofibroso lenti rigentes, anodermei; hymenio pileo imposito, heterogeneo, e laevi rugoso.* **)

---

*) Sporophoris monosporis Isariam refert, sed licet ne in prima quidem infantia adsit subiculum, certe est Hydneum ob *hymenium ceraceo-molle unitum*, aculeis regularibus *definite terram spectantibus.*

**) Phlebophora *Lev. Ann. Sc. Nat. 1841. p. 238*: "Hymenium inferum tenax cum pileo carnoso-coriaceo concretum, venis dichotome ramosis" mihi ignotum genus, hinc loco incertum. Forte Agaricinum, at in icone (habitu Hygrophori fornicati) venae vix conspiciuntur. Merulius tortilis *Schum.!* Saell. 2. p. 369, pro Hygrophoro abortivo sumtus, congener videtur. — Caveamus, ne commisceantur varia genera hymenio venoso; sunt inter se valde diversa, in omnibus prioribus ordinibus oriuntur ex hymenio minus effigurato, quasi mutilo. Sic *Cantharellus*, *Arrhenia* etc. manifeste sunt Agarici lamellis angustissimis; *Merulius*, *Gloeoporus* etc. Polypori poris modo superficialibus;

XLV. Craterellus. *Fr.* *) Merulii, Crater. et Gomphi P. Carnosi, hymenio ceraceo persist. e laevi implexo-rugoso.

1. *C. lutescens.* Epicr. 1, 3, 4! *B. S. 74.*
2. *C. Cornucopioides.* (L.) 1—4. *B. p. 226.*
3. C. sinuosus. 1, 2. Scan. frequ. *B. S. 75.*
4. C. pusillus. 2—4. Smol. Femsjö.

Subg. Gomphora, *subclavati, carnosi.*

5. *C. clavatus.* 1—3! at non in Suec. australi.
6. C. cochleatus. 3. Upland.
7. C. pistillaris. Upsal. haud raro! *Schaeff.* t. 169.

XLVI. Thelephora. *(Ehrh.!) Fr.* **)

E carnoso-fibroso rigentes subcoriaceae, anodermeae, fibroso-radiantes, hymenio in ramos soluto l. e ramis spiculisve coalitis radiato-rugoso.

a. *Stipitatae.* ***)

1. T. pannosa *(Sow.)* 2. Scan. *B. n. 1, 2.* ****)

Phlebia, Grandinia etc. Hydnei aculeis reductis. Alia ratio in hoc et sqq. ordinibus, in quibus etiam Hymenium plicato-rugosum intercurrit, at in summis formis! hymenii primitus laevis luxurie, exceptis Thelephora et Cladoderri, in quibus ortum est *e ramis in pileum connatis.* Et haec est ratio, cur haec genera tam facile abeant in formas merismoideas.

*) Inter omnia Hymenomycetum genera Auricularinorum maxime naturalia et definita, quod vero minus e characteribus, quam e plena specierum earumque morphoseos cognitione patet. Praesens habitu prorsus Cantharelli facillime distinctum, sed hymenii formatione cum sequentibus tribus proxime junctum, licet forma definita et substantia diversissimum. — Quae de hymenii myceliique anamorphosibus in *Elencho* attuli, summae attentioni commendo. Nisi status *typicos* attenderis, genera obscura manent; sine anamorphoseos studio sedulo in indigenis, exoticos vix tute determinabis.

**) Genus maxime naturale Cladoderri tantum affine, ad quod forsan potius transferendi *T. pannosa* et *undulata;* hymenii conformatio (saepe demum verrucosi) in utroque genere eadem est, nisi pileus in ramos solvitur. Cfr. *Schaeff.* t. 321. f. 1—3! Pilei ramificandi nisus et hymenii radiato-costati indoles intime connexa cum pileo azono, fibrilloso-lacero, in ambitu fimbriato l. spiculoso, ubi hymenium in effusis laevigatur. Confunditur vero formis quibusdam crustaceis, habitu prorsus Hypochni, in quibus pileus et hymenii figura non amplius perspicitur. D. Persoon has omnes pro perfectiorum statu abnormi haud immerito, ut T. caesiam T. biennis, forsan habet; id saltim constat *Th. diffusam* (T. palmatae subscripta in Ep.), *laciniatam* etc. simillima offerre mycelia ad latera viarum arenosa, a quibus n. 17, 18 fructificatione genuinarum specierum tamen recedunt. Cfr. *Hypochnos* infra.

***) T. elegans *Pers.*, e Sow. t. 412 recepta, ex B. Stereum purp.

****) In nostra quoque hymenium glabrum, sed *T. pallidae* spec. germanica setosum habet. Cum setae saepe dispareant, varietates

2. T. undulata. Epicr. 4. Femsjö etc. fr.
3. T. radiata. Epicr. 2. W.goth.
4. *T. caryophyllaea.* 1—4 in Lapp. parce. *B. S. 283.*
5. T. anthocephala. *(Bull.)* 2. *Sow. t. 156* ex *B. exs. n. 244.*
* T. clavularis. 2, 3.
6. *T. palmata.* S. M. 1—4! *B. n. 4.*
7. T. diffusa. 4! Mire priorem et sqq. jungit.
8. T. intybacea. *Pers.* 2.
9. T. terrestris. *Ehrh.* 1—4. Typus, hym. radiato-rugoso. *B. n. 7.*

b. *incrustantes.*

10. *T. laciniata.* Pers. 1—4. *B. n. 8.* Var. Merismoid.
11. T. frondescens. 3. r. (T bienni forte nim. aff.)
12. *T. cristata.* S. M. 1—3. *B. n. 6.*
13. T. spiculosa. 3, 4! Femsjö etc.
14. T. mollissima. *P.* 2. Smol. *B. S. 286.*

15.b T. fastidiosa. 2. Scan. *B. S. 285.*

15. T. ? Byssoides. *P.* 1—3. *B. exs. n. 20.*
16. T. ? incrustans. P. 1—4. *B. n. 28.*

c. *Species amphibolae, Hypochnoideae, sed priorum anamorph. similes, tetrasporae.*

17. T. crustacea. *Schum.* 4.
18. T. caesia. *Pers.* 4. In ericet.

(XLVII. Guepinia. *Fr.* *)
E gelatinoso cartilag., hymenio tumente demum plicato, sporoph. 1-spor. G. Helvelloides. Petropoli! lecta, inquir.)

---

habui. — Auricularinei *hymenio setuloso* olim a Linkio et me sub *Sterei* nomine distincti sunt. (Sub *Hymenochaetis* nomine resuscitavit Cel. *Leveille, Ann. Sc. Nat. 1846. I. p. 150*, lapsu sine dubio memoriae, nam genus pristino sensu restitutum nomen necesse servabit.) At plenior observatio facile evicit hanc notam diversissima cogere, proxima divellere; ceterumque formis pubescentibus intermediis ita oblitteratur, ut nulli limites. Corticia fere omnia primitus setulosa, adulta vulgo glabrata, excepto *C. velutino* etc. Hae ipsae setae ceterum redeunt in *Polyporis*, (P. setigero *Berk.*), Tramete (T. Wigthii) Daedalea, Hexagona, Clavariis, Tremellinis, Discomycetibus (v. c. Geogl. hirsuto) Periola etc. nullibi genera, suadente natura, distinguentes.

*) Pulcherrimum atque distinctissimum genus in tropicis terris videtur ubiquitarium et in Natal Cladoderris socium; plures novae spec. descriptae a *Berkeleyo*, *Montagne* etc. *G. aurantiaca* Jungh. ap. Hov. et Vries. l. c. sub Canth. eximie jungit *G. Helvelloidem* cum communi typo s. G. cucullati *Jungh. jav.* sub Canth. *G. Pezizaeformis* Berk. forma insignis est.

++ *Pileo dermatino intertexto-fibroso* (integro, subzonato), *hymenioque strato intermedio imposito, heterogeneo laevi costatove, lignoso-coriaceis persistentibus. Sporophora tetra-, in n. 51. monospora.*

(XLVIII. Cladoderris. *Pers.* *)

(Coriacei; hymenio lignoso, costis ramosis radiato, persistente, demum verrucoso-exasperato.)

IL. Stereum. *Fr.* **)

Coriacei, hymenio coriaceo laevi contiguo immutato.

a. Apus. * *hymenio glabro.*

1. *S. purpureum.* (Pers.) c. varr. 1—4. *B. n. 13.*
2. S. vorticosum. 4. (hym. subcostato Auricul.)
3. *S. hirsutum.* (Willd.) 1—4. *B. n. 12.*
4. *S. spadiceum.* Fr. El.! cum Querc 1-4. *Sow. t. 28* ex *B. S. 50.*
5. *S. sanguinolentum.* (Alb. Schw.) 1—4. *B. n. 14.*
6. S. conchatum. 3. Smol. mont.
7. S. bicolor. *(Pers)* 1—2. Scan. etc.
8. S. ferrugineum. 3. Upsal. etc.

** *hymenio setuloso velutinove.*

9. *S. rubiginosum.* (Schrad.) 1—4. *B. n. 9.*
10. *S. tabacinum.* 1—4. *(Sow. t. 28.* ex habitu ic.) *B. n. 10.*
11. S. avellanum. 3, 4. *B. n. 18.*
12. S. disciforme. 2. Femsjö! Bleking.! etc.
— dryina. P. (status infantil.!)

*** *hymenio pruinoso.* (T. rufa. *B. n. 17.*)

13. *S. rugosum.* Fr. El. (mire variat.) 1—4. *B. n. 11, 42.*
14. S. abietinum. *(P.)* 3. r.
15. *S. pini.* Fr. 1, 3, 4.

---

*) Genus Thelephorae et Stereo intermedium, eximie quidem in hac sectione Craterello in priori respondens, meo sensu tamen aegre a Thelephora separandum, cum qua "*pileo e ramis coalitis quasi formato*" (Jungh.) saepe partito, hymenio costato radiato, convenit. Tantum auctorum suasu admisi; *Th. pannosa* et *undulata* potius Cladoderris species sunt. — Synonyma: Cymatoderma *Jungh.* in *Hov. et Vries. Tidsk. VII. p. 28. t. 8. f. 7.* et Actinostroma. *Klotzsch. Nov. Act. Nat. Cur. XIX. S. I. p. 236.* — Ab hac sectione differt pileo anodermeo (primo spongioso in spec. e Natal!) azono etc.

**) Hoc in tropicis luxurians et in speciosissimas formas abiens genus ab omnibus mihi tam clare diversum videtur, ut non facile intelligam, cur commutetur. Verum quidem est exoleta et indurata Corticiorum specimina his habitu simillima passim evadere, at si *ad morphosin* et situm hymenii attendas (et hoc in his plantis observandis primarium est), in his hymenium semper immediate mycelio impositum, primitus semper ceraceo-molle tumens, licet exsiccatum induratum rimosissimum et rigescens. Infimas omnium generum steriles formas confluere nil ad rem infirmandam valet.

16. S. repandum. 4. In Salice Capr. r. Smol.
17. *S. frustulosum.* 1—4. — T. sinuans. *P.*
b Resupinatus. (S. aurantiacum. *Sow. t. 291.* h. l. ex *B. n. 23.*)
18. S. alneum. 3, 4. in Lapp. usque.
19. S. odoratum. 3, 4. copios.
— 20. S. acerinum. 1. Scan. sterile! *B. n. 40.* ex anal. n. 12. h. gen.
(Ceterum omnes praeced. sp. variant resupinatae.)

L. Auricularia. *(Bull.) Fr.* *)

Hymenium vage costato-rugosum, udum tremelloso-tumens, siccum coriaceum, sporophoris monosporis.

1. A. mesenterica. *(Bolt.)* 1—2. Upsal.! W.goth.! B.
2. A. lobata. *(Sommerf.)* Christian. Asker!

+++ *Pileo anodermeo, cui impositum hymenium ceraceo-molle, udum tumens, siccitate vulgo rimoso-partitum. Sporophora tetraspora.*

(LI. Perona. *Berkl. in Hook. Lond. Journ. I. p. 39.* **)

Pileus suberosus, hymenio laevissimo rimoso.)

(LII. Cora. *Fr.* ***)

Coriaceo-membr. l. fibrilloso-intertextae, hymenio infero ceraceo, secedente, in areolas submarginatas partito.)

LIII. Corticium. *Fr.* ****)

Hymen. ceraceum, heterogen., udum molle tumens, *siccum contrahitur;* vulgo diffractum, hymenio mycelio (raro pil. anoderm. formante) imposito.

a. *Marginata, subcupularia.* (C. amorphum. *Fr.* B. n. 15.)
1. C. ochroleucum. 2, 4. r. Aff. Merul. Corio!

---

*) Quid *Guepina* in prima sectione, idem in hac Auricularia. Plicae in hac vulgo transversae l. reticulatae (in *A. reticulata*, forte Gloeoporus Auctt.), quo secundae sectionis analogia cum Polyporeis, ut primae cum Agaricinis elucet. In nova vero specie *A. cucullata* (Merulius cucullatus *Brond. Ag. I.* 2) longitudinaliter positae, in *A. minuta* Berkel., juniori saltim, nullae.

**) Quatenus hoc genus sine charactere generico l. c. propositum intelligo, hoc loco inseratur tumquam Cyphellae analogum in seq. sectione.

***) Amiciss. *Klotzsch* ad Algas relegat testemque citat *Agardh Sp. Alg.*; verum hic l. c. *contrarium* rite testatur. Jam mihi prorsus clarum est *Coram sericeam* s. *Thelephoram sericeam* Sw.! (Dichonema. *Auctt.*) hujus quoque esse generis.

****) Cum non novis nominibus, sed novis observationibus opus sit, varia Thelephorarum synonyma inter nova genera distribui. Caveas vero ne genera identica fingas; unam alteramve speciem habent communem, sed quoad ideam et limites cum priscis nil habent commune. — Cum sporophora hujus immersa, nec ut Thelephorarum emersa, granulaque continent (Cfr. *Schmitz Linn.*), sporophora hujus cum

2. *C. evolvens*. 1—4. Proteum.
3. C. Boltonii. 1? Sudermann. *Lindbl.*
4. C. ciliatum. 2. r. In montanis ut omnes aff.
5. *C. quercinum*. (Pers.) 1—4. *B. n. 16.*
6. *C. salicinum*. 1—4. In borealibus vulgatiss.
7. *C. sarcoides*. 2—4. In Betul. copios.
8. C. versiforme. 4. In Acere raro.
9. C. flammans. 1. Scan. Reften! in Coryl. *)
10. C. flocculentum. 4. Popul. rar.
11. C. populinum. *(Sommerf.)* Salten!

b. Himantia.

— 12. C. giganteum. *Fr. Obs. 1.* — 3, 4 in Lapp.! *B. n. 27.*
13. *C. lacteum*. 1—4. *B. S. n. 81. Exs. n. 250.* **)
14. *C. radiosum*. 1—4. *B. n. 34.*
15. C. laeve. *(Pers.)* 2—4. *B. S. n. 80.*
16. C. roseum. *Pers.* 2—4. Betul. *B. n. 21.*
17. C. velutinum. *(Dec.)* 2. Älmås! *B. S. n. 288.*
18. *C. sanguineum*. 1, 3, 4 copios. *B.! exs.* 251. *(Sow. t. 291.* ex habit.)

---

signo dubii? endospora, sporas terminales emersas fingens, dicebam, cum omnes simul icones tales sisterent, at mox communem typum recognovi, ut jam l. c. in addendis indicavi. At nostra genera non e charactere, sed ex affinitate naturali pendent. Attendendo ad morphosin, hymenii substantiam et indolem vix cum ullo praecedente genere confundi possunt. Sed specimina fertilia rarius occurrunt, cum mycelia l. abortiva hymenio pelliculari (Athelia *Pers.!)* frequentia. In duabus speciebus *(C. quercino* et *giganteo)* hymenium raro rimosum fit, hinc siccitate contrahuntur et a matrice secedunt. C. quercini *status primarius* omnino adglutinatus est ut C. cinerei. Cave ne fallant varia specimina in herbariis exoleta et indurata; sub evolutione hymenium semper molle ceraceum. Qui contulit *Sterea resupinata*, cum his numquam confundet.

*) De pulchra hac specie obiter mentionem feci sub Th. puniceа. Mycelium puniceo-flammans, hymenium glabrum submarginatum fusco-purpureum. Ceterum species primae sectionis montibus altis magis privae.

**) Non is sum, qui me tanquam specierum Auctorem propter nomen genericum, generum reductione l. multiplicatione, mutatum citem (haec vana gloriola eis, qui nil ad rem ipsam conferre valent, relinquenda; cfr. meam dissert. de nominibus plantarum, in *Hornsch. Arch. 1.* germanice translatam; etiam candidiss. *J. Agardh Ord. Gen. et Spec. Alg.);* sed saepe et in hoc genere praecipue impossibile mihi fuit tamquam specierum Auctores citare viros, qui nullam claram habuerunt speciei ideam, sed sub vago nomine et diversas comprehendunt formas et ejusdem speciei sub plurimis nominibus describunt. Haec est vera ratio v. c. *C. sulfurei* (Himantia sulfurea P. h. l. est, non vero Theleph. sulf. P.) *C. lactei*, *C. incarnati*, *cinerei* etc., quas et in plurimas species laceravit Persoon et diversissimas sub his nominibus determinavit. Etiam in S. M. haec satis vaga sunt; in Elen-

19. *C. sulfureum*. El. p. 204! 1—4. *B. n. 24.*
20. C. cinnamomeum. *Elench.* 1. Scan.
21. C. fumosum. 4. Smol. mont. r.
22. *C. coeruleum*. Schrad. 1—4 parce. *B. n. 20.*
23. C. atrovirens. 3. r. Smol.
c. Lejostroma. (C. lactescens. *B. n. 26. exs. n. 21.*)
24. *C. calceum*. Fr. El. 1—4. *B. n. 29.*
* C. puberum. 2! (nulla re nisi setulis divers.)
25. C. viscosum. P. 1, 2, 4. *B. n. 33.*
26. *C. lividum*. P. 1—4. *B. n. 32.*
27. *C. ochraceum*. 1, 3! 4! *B. n. 31.*
28. C. seriale. 3, 4!
29. *C. cinereum*. c. varr. Fr. El. 1—4. *B. n. 39.*
30. *C. incarnatum*. Fr. El. 1—4. *B. n. 37.*
31. C. nudum. 1—4, sed rar. *B. n. 38.*
32. C. confluens. 2, 3.
33. *C. polygonum*. P. 1—4. *Desmaz. exs. n. 878.*
34. C. violaceo-lividum. *(Sommerf.)* Salten.
35. C. maculaeforme. 1—2.
36. C. corrugatum. 1—3. *B. n. 41.*
37. C. laevigatum. 4. Raro in Junip.
38. *C. comedens*. (Nees) 1—4. *B. n. 36.*
39. C. uvidum. 2!
— 40. C.? Sambuci. Pers. 1. Scan. copiose.

Subg. Coniophora. *Pers.* pr. p. nec Dec., quae Merulius. *)
Hymenium e sporis obscuris pulveraceum.

1. *C. puteanea*. El. 1—4. *B. S. 7.*
2. C. stabularis. 4. Femsjö semel!

---

cho primum definita. Et ut praefiscini dicam, putida omnino mihi videtur illa prioritatis venatio, posita in nominibus (generum aeque ambigua reductione, quam multiplicatione) permutandis propriae siglae adponendae gratia, etiam speciebus optime cognitis, auctori vero saepe ignotis! Equidem sane erubescerem, si me omnium v. c. Polypororum priscorum auctorem signarem. Magni interest nosse primum speciei genuinum fontem; ne minimi quidem, qui alio nomine generico proposuit, nisi nempe prisca determinatio generica, v. c. Pezizae amorphae, inter genera jam pridem stabilita prorsus falsa erat.

*) Coniophora *Dec.!* certe est Merulius! d. Persoon cum hoc junxit manifeste analogas Thelephoreas. Cum eximia inter Merulios et Corticia intercedat analogia, Coniophoras Corticiis quoque subscribere debui, licet olim facile distinguendae ob sporophora magis emersa et in una saltim specie monospora. — Ceterum probe observandum in Polyporeis, Hydnis, Irpicibus, Stereis, etiam resupinatis, hymenium terram definite spectare; cum in Meruliis, Radulis, Phlebiis, Grandiniis et Corticiis, cohortem sistentibus intima naturali affinitate conjunctam, hymenium amphigenum et hinc saepe apparet superum.

3. C. eradians. 4. r.
4. C. laxa. 4. (*Sow. t. 214* potius haec quam Merul.)
5. *C. arida.* 1—4 in ligno putr. *B. S. n. 8.*

++++ *Hymenio homogeneo.*

LIV. Cyphella. *Fr.* *) Cfr. *B. p. 214, S. 289.*
Membranac., cupulares, hym. infero persistente contiguo dein rugoso-foveolato, sporoph. 4-sporis.

1. C. infundibuliformis. 3. Helot. gibbum. *A. S.!*
2. *C. muscigena.* 1—4! Theleph. vulgar. *P.*
3. C. galeata. 3, 4. in Salten usque.
4. C. fissilis s. lacera. 1—3. *B. S. n. 76.*
5. *C. Capula.* 1—4. Mont.! Ann. Sc. Nat. 1836.
6. C. laeta. 1. Hort. Bot. Lund.
7. *C. muscicola.* 1—4.
8. C. Neckerae. 2. Fag. Femsjö pass.

LV. Kneiffia. *Fr.* **)
Homogeneae, stipato-floccosae, sporophoris 4-spor. in pseudohymenium strigosohispidum stipatis, floccoso-collabentes.

1. K. setigera. 4. Femsjö vere copiose.

LVI. Hypochnus. *Fr. Obs.* ***)
Homogeneae, floccoso-contextae, papillosae absque setis, sporoph. (variis) polysporis!

1. *H. bombycinus.* (serus Obs. M.) 3, 4 in Lapp.!
2. H. mollis. 3, 4. Affinis *Polyp. molli?*

---

*) Ab eximio hoc, ubique terrarum disperso genere, clare differunt Corticia cupularia hymenio heterogeneo ceraceo nec definite terram spectante. — Cyphellae suberosae, natura Ditiolae s. Ensliniae sterilis (C. pendula), forma simillimae, ob hymenium heterogeneum separandae sunt et ad Peronas *Berk.* forte referendae, suadente analogia *Cyph. infundibuliformis*, quae mediante C. muscigena, stipite laterali, cum Cyphellis genuinis omnino confluit.

**) Sequentia genera, hymenio nullo genuino, in hac grege atypica esse facile video, ut non opus sit me vituperare invento aptiori loco. *Kciffia* est fungus valde insignis et certe autonomus, *Hypochno bombycino* saepe quidem simillimus, at adeo definitus, ut vagis Hypochnis immiscere haud debuerim. Cfr. *Epicr.*

***) Variae huc relatae species, Thelephoris hactenus semper adscriptae, cum nullo praecedente typo conjungi possunt, licet ab infimis, hymenio collapso, statibus Thelephorarum (quibus hinc in Epicrisi subjunxi; Sterea et Corticia, in statu perfecto, semper clare diversa sunt) rite limitari nequeant. Occurrunt quidem Hypochni pseudohymenio laevigato et unito v. c. *C. arachnoideum* Berk. S. n. 287, sed ipso indicante *H. bombycinus* ejusdem facile status collapsus. Interdum prorsus fibrillosae ut Himantiae; interdum satis compactae. Sporophora, a Cel. Berkeley l. c. delineata, a genuinis Auricularinis recedunt, verum ut omnes partes maxime variae, utpote

3. H. isabellinus. 2. Var. compact. et fibrill.
4. H. anthochrous. *(Pers.)* 3, 4. Perelegans.
5. H. aureus. 4. Nostras spec. et tropicas jungit.
6. *H. ferrugineus.* (Pers.) 1—4.
7. *H. olivaceus.* 1, 3, 4. Affin. Coniopb. aridae.!
8. *H. fuscus.* (Pers.) 1—4.
9. H. umbrinus. 3. Rarus et insign.
10. H. violascens. 3, 4. Acrothamn. *Nees!* certe Mycelium.

E. Clavarinei.

LVII. Sparassis. *Fr. Klotzsch. Bor. t. 463.* *)
Ramosissimae, planae, e laminis 2 compaginatae.
1. S. crispa. *Fr.* 3, 4. Smol., Ups. Holm. Geval. etc.
2. S. laminosa. Fr. 1. Scan. Rosenhult.

(LVIII. ACurtis. *Fr.* **)
In ramos turgidos, clavatos, *longitud. fibroso-scissiles*, divisae, sporis persistent. farinosae.)

LIX. Clavaria. *L.* (excl. Xylar. etc.) ***)
Caulescentes, floccoso-carnosae, siccae absque stip. discreto.
a. Ramariae. * *Leucosporae.*
1. *C. flava.* Epicr. 1—4. (Minime *P. et Auctt.)*

---

nulla metamorphosi perfecta fixae. Quamvis fingerem me Hymenomycetes ex myceliis aeque bene dignoscere ac Botanici plantas ex foliis, infra allatos ad nullos alios in his terris obvios referre potui; monet tamen d. Persoon suam *H. anthochroum* in Hydnum abire. Insignes tropicae species pellicula (ut in Corticiis abortivis) recedunt, at vix rite limitandae. Ceterum non dubitamus, nostras species sub variis generibus Hyphomycetum esse propositas (cfr. Amphiblistrum cum Hypochno isabellino, Zygodesma cum H. fusco etc. etc.), at cum nulla specimina authentica viderim, quid sint nec satis scio, nec, si scire credam, dicere ausim. Summam laudem merito reportabunt Cell. Viri *Kützing* et *Corda*, si formas illas elementares Phycearum et Fungorum, quae hactenus pro aliorum initiis l. aberrationibus habitae sint, in genera et species figere ipsis contigerit.

*) Speciosissimum Hymenomycetum genus! Qua ratione excluderetur *Sp. spathulata* non video; structura simillima! Cfr. *Schwein.*

**) Hiatum quoddammodo tollit inter Sparassin et Clavariam. H. l. Clavar. gigantea *Schwein!* A *Curtis*, Botanico et Mycologo eximio Carolinae, dictum genus, cum Curtisia non commutandum.

***) Species clavulis villosis s. sectio III. Epicr. p. 576 sub nomine Eriocladi genere movet Cel. *Leveille Ann Sc. Nat. 1846 l. c.* Hujus nulla species indigena est (*Cl. byssiseda* junior villosa, adulta glabrata); nam *Cl. fistulosa* in his terris prorsus glaberrima est. Specimina Auctoris e Guyana igitur omnino diversa videntur. — Singulare est me in omnibus velutinis nullas reperisse sporas! — Cel. Berkeley describit speciem summopere insignem setulosam, *Geogl. hirsuto* analogam, a me non visam, et e descriptionibus de speciebus haud visis sententiari temerarium censerem.

2. C. Botrytis. *Pers.* 1, 2.
3. C. amethystina. *Bull.* 1—4. Gothiae saltim! *B. n. 7.*
4. *C. fastigiata.* L. 1—4. *B. n. 5.*
5. *C. muscoides.* L. 1—4. *B. n. 6.*
6. C. coralloides. L. 2—4. rar. Ups. Holm. etc. *B. n. 1.*
6.b C. cinerea. *Bull.* 4. Holm. *B. n. 2? Lund. Holm. p. 104.*
7. *C. cristata.* Holmsk. 1—4. *B. n. 8.*
8. *C. rugosa.* Bull. 1—4. cum var. fulig. *B. n. 9.*
9. C. Krombholtzii. 2, 3. *Lund. Holm. p. 104.*
10. C. Kunzei. 1. Scania Alnarp etc.
11. C. macropus. *P.* 3, 4. Smol. Upsal,
12. C. subtilis. P. 3, 4.
13. C. pyxidata. *P.* 4. Femsjö etc. *Nobilissima.*
14. C. virgata. 4. (Affinis *Cl. afflata.* Lagg. Fl. 1836.)
15. C. delicata. 2. copiose et eximia!
16. C. epichnoa. 3. Upsal.

** *Ochrosporae.*

17. *C. aurea.* Schaeff. 1, 3, 4. Cl. flava. *P.! et Auctt.*
18. C. formosa. *Pers.* 3, 4. Priori affinis!
19. C. spinulosa. *Pers.* 4. Rara at ingent. copia.
20. *C. abietina.* (Pers. var.) 1, 3, 4. *B. n. 4.*
21. C. flaccida. 3, 4. *B. S. n. 154.*
22. C. Suecica. 3! 4!
23. *C. condensata.* 1—3. Cum *C. stricta vulgo confusa.*
24. C. gracilis. *Pers.* 3, 4. (non Kickx. 1. n. 64, quae n. 37.
25. *C. stricta.* Pers. 1—4. *B. n. 3.*
26. C. apiculata. 3, 4.
27. C. crispula. 2!
28. *C. byssiseda.* P. 1—4. glabra l. villosa sterilis.

b. Syncoryne, *caespitosae, biformes, clavatae et attenuat.*

29. C. anomala. *Fr.* (non Pers.) 4. Femsjö!
30. C. purpurea. *Fl. Dan.* 3. Smol. bor. Barnarp! O.goth.
31. C. rufa. *Fl. Dan.* (a me non lecta.) *B. S. n. 155.*
32. C. rosea. 3, 4. (Cl. Swartzii *Dalm.* var.) *B. n. 12.*
33. C. fusiformis. *Sow.* 3. r. *B. n. 13, 14.*
34. *C. inaequalis.* Fl. D. 1—4. Mire protea. *B. 15, 16.*
35. *C. argillacea.* 1—4. *B. S. n. 83.*
— ericetorum. *Pers.* — flavipes. *Pers.*
36. C. vermiculata. *Scop.* Holmiae! pass. *B. n. 18.*
37. *C. fragilis.* Holmsk. 1—4. *B. n. 17.* Cl. gracilis *Kickx.*
38. C. fumosa. *Pers.* 3, 4. (Cl. nigrita sec. Sw.)

c. Holocoryne.

39. C. pistillaris. *L.* 1, 2. (Klotzsch. B. t. 345 abnorm.) *B. n. 11.*
40. *C. ligula.* S. Myc. 1, 3, 4. Vulgatissima in pin.
41. C. contorta. *Holmsk.* 2—4. *B. S. n. 291.*

42. C. macrorhiza. *Sw.* Holmiae, Ostrogoth.
43. C. Ardenia. *(Sow.?)* 2. Scan. Baldringe! *B. n. 11.*
44. *C. fistulosa.* S. M. 1—4. C. Ardenia *vulgo.*
— C. pilipes. *Fl. Dan.* — C. fistulosa *Fl. Dan.*
45. *C. juncea.* 1, 2. frequ. (*B. S. n. 52.* vix h. l.)
46. C. canaliculata. 2. Scan. Smol. inter gramin.
47. C. falcata. *Pers.* 2. In terra humosa.
48. C. incarnata. *Weinm.* 3. Smol. inter. ulig.
49. C. uncialis. *Grew.* 4. Salten. *B. n. 19.*
50. *C. mucida.* Pers. 1—4. Mire varia, simpl. l. incisa.

(LX. Pterula. *Fr.* *)

Caulescentes, coriaceae, apice primo fimbriatae, l. compressae, sporoph. tetrasp.)

LXI. Calocera. *Fr.*

Caulescentes, gelatinoso-cartilagin., viscidae, sporoph. monosp.

1. *C. viscosa.* 1, 3, 4.
2. C. palmata. *(Schum.)* Querc. 1, 2.
3. C. furcata. 3, 4. Femsjö etc. copiose.
4. *C. cornea.* (Batsch.) 1—4.
5. C. stricta. *(Hoffm.)* 3. Upsal.
6. C. glossoides. *(Pers.)* 1, 2. Scan. Femsjö.

LXII. Crinula. *Fr.*

Stipes corneus, fistulosus, capitulo gelatinoso diffluente.

1. C. caliciiformis. Eximia! Femsjö! Suderm. *Lindbl.!*

LXIII. Typhula. *Fr.* (T. gracilis. *B. S. 54.)*

Stip. capillaris, discretus, clavula cylindrica cerac. persist.

1. *T. gyrans.* (Batsch.) 1—4. *B. n. 1. exs. n. 151.*
2. T. phacorrhiza. *(Reich.)* 2. r. *B. n. 2. exs. n. 23.*
3. *T. erythropus.* (Bolt.) 1—4.
4. T. villosa. *(Holmsk.)* 1, 2. An prioris lusus villos.?
5. *T. Todei.* 1—4.
6. T. muscicola. Absque tuberculo! Nericia! *B. p. 102?*
7. T. ramentacea. 4. Semel.

---

*) Ad unicum hujus generis typum europaeum (*Pt. subulata* Fries in Linn. 1830; dubie enim addita Clav. ornithopodioides *Bull.* est vera Anthina!) accedunt multae exoticae: Pt. (Clavar.) Merismatoides. *Schw.! Am. bor. n. 1044 Pt.* (Clav.) *tenax* Schw. l. c., *Pt.* (Clav.) dendroides *Jungh.! Jav. p. 33. f. 20* et plures novae, *Pt. capillaris* etc. Videtur idem genus cum Merismate *Leveill. in Ann. Sc. Nat. 1846. p. 200.* At nil cum prisco genere Persooniano habet commune, nec nomen aptum cum variae species ut in generibus praecedentibus simplices! Merismatis nomen variis pileatis fungis, primitivo et ubique recepto sensu, servandum fingerem et huic jam pridem propositum Pterulae. An vero omnes spec. Auctoris hujus loci sint, nescimus, saltim huc citata *Clavaria spinulosa* P. diversissima est. Jam *mycelio!* et evidenter hymenio tam a Thelephoris, quam Anthinis differt.

LXIV. Pistillaria. *Fr.*

1. P. micans. *S. M* (Hoffm.) 1, 2. *B. n. 1.*
2. P. culmigena. 1—3. Scan.! Upl.! *B. S. 85.*
3. *P. quisquiliaris.* 2—4! *B. n. 3. exs. n. 25.*
(P. puberula. *B. n. 2. Sow. t. 334. f. 2.)*
4. P. ovata. *(Pers.)* 2, 3.
5. P. pusilla *(Pers.)* 1—4. *B. n. 5.*
6. P. diaphana. *(Schum.)* 2. Dan. (v. s)
7. P. rosella. Femsjö. Febr. lect. copiose! *)

F. Tremellinei. (Sporoph. *monosp.*)

(LXV. Collyria. *Fr.* Guepinia. *Schwein. Am. p. 184.* Stipitatae, in capitulum inflato-bullatum, extus corrugatum dilatatae, undique sporoph. monosporis. "Recens tremelloso-carnosa, intus gelatina distenta, udo tempore quasi deliquescens, siccitate uda et cornea, stipite cavo." **)

(LXVI. Hirneola. *Fr.* ***)
Cupulae- l. auriculaeformes, cartilagineo-gelatinosae, *nulla gelatina distentae,* in duas membranas scissiles, subtus steriles villosae, callo hymenino supero, sporophoris monosp., raro setigero simul, nec papilloso.)

LXVII. Exidia. *Fr.*
Horizontal., gelatina distentae, heteroplacae subtus steriles, supra callo hymenino rugoso papillis heterogen. tectae, sporophoris sporas elastice explodentibus.

1. E. Auricula. L. 1. Scan. (an genuina?) *B. n. 1.*
2. *E. truncata.* 1—4.
3. *E. recisa.* 1—4. — *B. n. 2.*
4. *E. glandulosa.* 1—4. — *B. n. 3.*
5. *E. saccharina.* 1, 3, 4.

---

*) *Isariae* ad praecedentes fere se habent, ut Hypochni ad Auricularinos; at in his vegetationis typus manifeste hymeninus et quamvis hymenium genuinum deest, sporophora polyspora in superficiem subcontiguam stipata. In Isarieis nullum hymenium, clava indefinita tota in floccos soluta, sporophora monospora etc, Ceterum formis mediis in Hyphomycetes directe abeunt.

**) Summopere insignis fungus, Stylobati ut videtur affinis, nec leviter confirmans Amiciss. *Klotzschii* sententiam omnes Hymenomycetes gelatinosos monosporos peculiarem a reliquis sistere seriem.

***) Insigne hoc genus, quod plene descripsimus in Fungis Natalensibus, a ceteris et praecipue Exidiarum proximo maxime differt, substantia uda quidem gelatinosa et tremula, sed ut nulla gelatina distenta non turget, et hymenium callosum diutius maceratum a cupula facile separatur. Hujus loci fere omnes Exidiae extra-europaeae a recentioribus descriptae.

6. *E. repanda.* 2—4. In Lapponiam usque fr.
7. E. impressa. 2. Rara, Scania ad Krageholm.
8. E. pithya. 3. Smoland. boreal.

LXVIII. Femsjonia. *Fr.* *)

Cupularis, gelatina firma distenta, heteroplaca, subtus villosa, disco crasso discreto gelatinoso laevi, sporophoris immersis monosporis, sporis secedentibus.

1. F. luteoalba. 4. Trunc. Betulae ad Femsjö.

LXIX. Tremella. *(Dill.) Fr.*

Gelatina distentae, undique similares et callo hymenino epapilloso tectae, sporis secedentibus acrogenis. Contextus floccosus, similaris.

a. *Mesenteriformes*, nudae.
1. T. fimbriata. *Pers.* 2—4. *B. n. 1.*
2. T. frondosa. Ad Quercus, Femsjö r. Maxima.
3. *T. foliacea.* Pers. 1—4. *B. n. 2.*
4. T. nigrescens. 4. Ad truncos Sorbi r. **)
5. T. lutescens. *S. M.* 2—4. *B. n. 5.*

b. *Cerebrinae,* demum sporis pulverulentae.
6. *T. mesenterica.* Retz. 1—4. *B. n. 4.*
7. *T. albida.* Huds. 1—4. *B. n. 6.*
— fuscescens
8. T. arctica. *Sommft.* In montosis et arcticis.

c. *Clavaeformes.* Coryne. *Nees.*
9. *T. sarcoides.* Engl. Bot. 1—4. *B. n. 8.* ***)
*10. T. clavata. P. 2. r. *B. n. 9.*
11. T. unicolor. 2—4. Rara, Femsjö. *Cord.* †)

---

*) Fungus summopere insignis, habitu et forma omnino Discomycetis; substantia exacte *Bulgariae*, ut praeter colorem inconsuetum pro hujus specie primo obtutu necesse habeas. Exacte refert *Pezizam radiculatam* Sow. t. 224; et omnino est fungus post hanc in *S. Myc. II. p. 81* descriptus, at fructificatio est Tremellae v. c. mesentericae s. Ditiolae secundarius. Ab omnibus aliis fungis adeo diversa, ut peculiare sistat genus. Per epidermidem Betulae erumpens, radicata, firmula, extus albotomentosa, disco concavo aureo, unciam lato. An Discomyces?

**) Praecedenti similis, sed lobi crassiores et color Exidiae glandulosae.

***) Primo clavaeformis, dein vero foliacea, *Tremellae foliaceae* simillima, Corynes manifeste cum Tremellis jungens, sed ex altera parte vulgo in societate Bulgariae sarcoidis obvia, ut veteres conjunxerint. Res utique ulterius exploranda, nullum enim dubium est *plures fungos, fructificatione apparenter diversissimos, modo esse ejusdem typi abnormes status!*

†) *Cfr.* Tubercularium albidam *B. 4.*

LXX. Phyllopta. *Fr.*

Cartilagineo-gelatinosae undique similares, textura obscura (non floccosa), sporis ignotis.

1. P. biparasitica. In stipite Nyctalis paras. copiose 1813.
2. P. moriformis. In ligno putrido pineo, hieme, Femsjö.

Observationes.

I) Ordo centralis s. *Agaricini* non modo individuorum numero, sed etiam specierum, reliquas omnes longe superat. Dolemus nobis haud successisse horum vastissimum genus centrale in plura solvere, nisi triginta hujus subgenera, maxime definita, seorsim proponerem. *) Novas describere Agaricorum species, subgenere haud indicato, est labor prorsus deperditus. — Ad Agaricinos habitu et characteribus insuper accedit Montagnites, at ex affinitate naturali juxta Podaxineos collocetur.

II) Tremellinarum ordo, quae vastissimam et nobilissimam fungorum familiam claudit, serie contigua in reliquas abire videtur, at ob nexum cum Calocera et Crinula — Auricularia et Guepinia — Hydnis variis gelatinosis — Gloeoporo et Laschia — tandemque *Stylobate* ab Hymenomycetibus excludere neutiquam licet. Facie saepe simillimae Bulgariaceae recedunt ascis entosporis; Dermateae quaedam vicinae, ascis nempe obliteratis, excipulo discreto suberoso. Omnium vero maxime affines sunt *Hymenulacei Gymnomycetum*, in quibus vero tam hymenium minus perfectum, quam hymenophorum discretum desideratur. Interea probe tenendum (quod praetervidere praecipuum censeo Systematicorum errorem) acutos limites nullibi in rerum natura exsistere nullaque re in plantarum dispositione gravius et frequentius peccari, quam *ob singularem characterem* objecta e media sua serie divellendo.

III) Subjungere necesse duco hoc loco genera Tremellinis vicina et olim adscripta:

B. *Dacrymyces* — cfr. Discomycetes n. 25 et Gymnomycetes n. 26.

B. *Agyrium* — (sterile h. l.) cfr. Discomycetes n. 27 et Gymnomycetes n. 27.

C. *Hymenula* — cfr. Discom. Sticteos (v. c. Hymenula alba *Cord.*) et Gymnomycetes n. 29.

---

*) Agarici hymenophoro discreto (Amanitae, Lepiotae, Volvariae, Plutei et Psalliotae) sub Amanitae nomine facile distinguentur.

Obs. Hoc eximium genus, quod mihi videtur praebere Hymenomycetem ad simplicissimam formam reductum — ideoque infimum — claudit Hymenomycetes, tangitque ceterum summos Coniomycetes v. c. Epicoccum et Dermosporium Lk! (= Crocisporium *Corda)*, quae conferas. Cfr. Fl. Scan.

Fam. CXII. *Discomycetes.* Fr.

Thalamio proprio, discreto, contiguo, supero, sporophoris intus typice octosporis — sive *disco* — a reliquis Fungorum familiis facile dignoscuntur. Hactenus cum Hymenomycetibus conjuncti fuerunt, etiam post nostram in Flora Scanica distinctionem ad illos reduxerunt Cell. viri *Klotzsch*, *Corda* etc. Nec negem eosdem et externa facie, ut ex hac vix discernantur, et tota vegetatione et praecipue thalamii metamorphosi adeo convenire, ut sporophoris endosporis (s. ascis) tantum differant. Etiam manifestum est, ascos Discomycetum quoad genesin et functiones, tamquam receptacula partialia, sporophoris Hymenomycetum plene respondere, quare hactenus communiter asci dicti sunt. Cum vero Hymenomycetum sporophora asci minus apte dicantur, ut inter hos hunc terminum mittamus, typica identitas tanta est, ut utriusque receptacula partialia communi titulo subsumere necesse videatur.

Rationes tamen, quae nos, nostro judicio, ad utramque familiam distinguendam cogunt, hae sunt praecipuae: Hymenomycetes et Discomycetes, neglectis formis quibusdam atypicis, et ut dicam, degeneratis omnino definiti sunt; utraque familia omnino diversam evolutionis seriem praebet, ne analogias quidem offerens. Affinitas Discomycetum, ut saepe monuimus, longe major re ipsa adest cum Pyrenomycetibus, in quos directe abeunt, ut Cel. *Berkeley* cum his conjungendos judicet. Verbo inter Pyrenomycetes et Discomycetes familiam sistunt intermediam, et hae tres familiae peculiarem seriem thalamio suo discreto et contiguo a reliquis fungis diversam, in qua Hymenomycetes Gasteromycetibus, Pyrenomycetes Coniomycetibus respondent.

Est vero alia gravior ratio, quae Discomycetum differentiam ab Hymenomycetibus extra dubium ponit. Cum nulla exstat Hymenomycetum analogia in Algarum classe, Discomycetes Lichenibus disciferis ita analogi sunt, ut nulla inter hos exstet fructificationis variatio, cujus ectypum Discomycetes, quoad fructum melius explicati, non offerant. Haec tanta est, ut Cel. *Schleiden*

priscam opinionem Ascomycetes ad Lichenes esse transferendos resuscitavit, cum collega ipsius Nägeli Lichenes in media Phycearum serie collocavit. Fons oppositorum horum errorum positus est in nimia attentione ad micrologicas notas, nec ad morphosin et biologicas rationes. Quo magis Systemata ad micrologicas notas reformare studemus, eo magis a natura, in evolutione libera, aberramus.

Fructificatio — thalamio disciformi et ascis — in hac quoque familia maxime definita est; discoque hymenii instar haud effigurato pauciores offerre videtur genericas differentias. Quae ex excipuli sumuntur forma, v. c. excipulo mitrato, clavato, cupulato etc. tam laeves sunt, ut aegre limitent genera v. c. Helvellam, Helotium etc. a Pezizis; distincta servari tantum possunt historica fide. Praestantiores offerunt structura et substantia — et, quod mirum, color, nam in altera serie discus, in altera excipulum saturatius coloratum. Probe vero tenendum, nos numquam attendere ad characteres prius, quam ipsas greges ad affinitatem naturalem limitavimus; et his inventis primum quaerere characteres, quibus dignoscantur. Character enim non est, ut genus, ordo e. s. p. fiat, sed ut hi recognoscantur. Affinitas est primarium, character secundarium.

His indicatis forsan intelligetur, cur inter Discomycetes recipiamus quaedam genera, in quibus familiae character essentialis, asci (absorbendo? fatiscendo?) deficiunt. Non placet, ut inter phanerogamas mos est, e singulo aberrante genere novam formare familiam, sed recedentia, quasi insulas segregatas ad terras continentales adjacentes, ad proxime vicina referre. Cum in aliis viderim ascos evanescere, in aliis resorberi (et haec est vera ratio omnium sporidiorum in thalamio seriatorum *), in aliis fatiscere, non potui non fingere hoc etiam tam praecociter fieri, ut nobis ascos observare non licuerit. Ceterum nullus exstat in rerum natura character ubique constans; exstant quidem typi definiti, a quibus vero natura in singularibus saepe aberrat. Et quod ascos attinet, citem Fucaceas et praecipue maxime analogos Lichenes. Quis nescit Calicia, Pyrenotheas etc. ob defectum ascorum a reliquis Lichenibus haud esse divellenda? Quis *Fraxinum excelsiorem* etc. a *Fraxino Orno* genere moveret? E meis principiis non possum *Sphaeriam acutam* multasque alias ob ascorum defectum a Pyrenomycetibus segregare. Vix dubitamus Cyti-

---

*) Sic Cel. *Corda* in Sturm. Deutschl. Flor. pinxit *Sphaeriam Pezizam* absque ascis, sporidiis seriatis; nos vidimus primitus sporidia ascis manifestis recepta. In Chaetomiis in statu udo examinatis nullos vidi ascos, in semisiccato manifestos.

sporas modo esse praecipitatum statum Valsarum; singula enim Cytisporae species exacte respondentem in eadem statione, modo in cortice firmiori, habet Valsam et *Valsa leucostoma* et *cincta* obtulerunt transitus manifestissimos.

Post editionem Systematis Mycologici Discomycetum variae novae species quidem detectae, at longe minus insigne augmentum tulerunt quam reliquae fungorum familiae. Plenius vero vegetationis et morphoseos studium magis naturalem, neglecta forma, praebuit dispositionem, quam jam in Flora Scanica indicavimus et hoc loco sequimur. Ut hodierno temporis genio, genera quo plura eo melius censenti, (olim mos erat plura affinia, familias hodiernas, sub uno universali tamquam subgenera complecti) obtemperem, plura distinxi genera. At ut species e formarum cognitione, sic genera e specierum nascuntur. Methodus *synthetica* est naturalis, *analytica* artificialis. Genera illa e speciali nota (saepe ad priscam speciem sine synonymo ut novum genus descriptam) proposita, si limites ipsorum speciesque singulas ignoremus, parvi omnino sunt aestumanda; multas novi species ad *notam abstrusam*, v. c. sporas septatas, sui generis facile typos, at cum limites nulli, satius duxi sub prisco genere servare. Systema nostrum ut in minimis, sic in summis etiam a singularibus ubique ad universalia adscendit.

Ut decet familiam intermediam, duas offerunt Discomycetes series; altera vegetatione v. c. mycelio floccoso, substantia, coloribus etc. Hymenomycetes, altera omnibus rationibus Pyrenomycetes, ad quos hactenus fuit relata, refert. In Dermateis excipulum quidem persistit, sed thalamium peracta fructificatione sensim disparet. Altera series a Pyrenomycetibus praecipue differt thalamio placentaeformi, nec in nucleum convoluto, persistente, nec in gelatinam liquescente· *Cfr. Pyrenomycet.*

Ordines hujus familiae sunt:

a. Fugaces, disco excipulo saturatius colorato.

I. *Helvellacei*, excipulo ceraceo, ascis fixis persistentibus.
II. *Bulgariacei*, excipulo subgelatinoso, ascis erumpentibus.
III. *Dermatei*, excipulo suberoso, ascis varie desciscentibus.

b. Persistentes, induratae, excipulo disco saturatiori.

IV. *Patellariacei*, excipulo coriaceo, ambitu orbiculari integro.
V. *Phacidiacei*, excipulo corneo rimose aut valuatim hiascente.
VI. *Stictei*, excipulo oblitterato vel nullo.

A. Helvellacei.

+ *Verticales, mitrati l. clavati.*

I. Morchella. *Dill.*

Discus subconicus, costis elevatis reticulato-cellulosus.

1. M. esculenta. (L.) P. 1—2. r. *B. n. 1. W. 1.* *)
2. *M. conica.* P. 1—4. Vulgatissima apud nos! *W. 1. c.*
3. M. deliciosa. 3, 4. Femsjö etc.
4. M. elata. 4. Smoland. p. *Krombh. t. 16. f. 20, 21.*
5. M. distans. 3. Suec. med. **)
6. M. semilibera. Dec. 1—3. *B. n. 3.*
7. M. patula. P. Holmiae etc. r. *B. n. 2.*

II. Gyromitra. *Fr.* Helvellae sp. Auctt.

Discus bullato-inflatus, costis elevatis gyrosus. ***)

1. G. esculenta. (P.) 3, 4. copiose. *W. n. 4.*
2. G. suspecta. *Krombh.* 3. rarius c. pr.

III. Helvella *L.* Cnfr. *Krombh. t. 19—21.*

Discus reflexus, mitrato-lobatus, inflatus, laevis.

1. *H. crispa.* 1—3. at vix 4. *B. n. 1. W. 1.*
2. *H. lacunosa.* Afz. *Fl. Dan. t. 1768. f. 1. B. n. 2. W. 2.*
3. H. sulcata. *Afz.* 3. Westrogoth. *W. n. 3.*
4. *H. infula.* Schaeff. 2—4! *W. n. 5.*
5. H. Monachella. 3, 4. *Krombh. t. 21. f. 12, 15.*
6. H. atra. *Kön.* 4. Femsjö r. insign.! 2. *W. n. 6.*
7. H. pulla. *Holmsk. W. n 8.* 2. Scan. *Fl. Dan. t. 2080. f. 2.*
8. H. elastica. *Bull.* 1—3. *Fl. D. t. 1768. f. 2. B. n. 3. W. 9.*

— 9. H. venosa. 3, 4. Femsjö.

Subg. Biverpa, disco stipiti contiguo, bilobo.

10. H. Verpoides. Holmiae! ****)

---

*) W. indicat *Weinm. Hymenomycetes et Gasteromycetes Rossiae*, ad spec. rariores citandos.

**) Omnino jungit haec nova species primam et secundam sectionem; mitra conica basi quidem adnata, sed a stipite distante; habitus ceterum M. conicae elatioris. Omnes Morchellae inter se nimis affines.

***) Gyrocephalus *Fl. Scan.* at nec Zool. nec Pers. De genere cfr. Obs. in S. Myc. sub *Helvella esculenta;* inventis pluribus speciebus (v. c. *G. tremellosa* Krombh. sub Helv.) omnino necessarium, Morchellis proximum.

****) Haec maxime notabilis *nova* species Verpas et Helvellas omnino jungit; est nempe Verpa biloba. Ab Helvellis tamen haud aliter differt quam M. esculenta a M. patula, mitra nempe basi stipiti con-

IV. Verpa. *Swartz.* *)

Discus conicus, nec inflatus l. lobatus, sublaevis, margine stipiti adpresso.

1. V. conica. *(Fl. Dan.)* 1. Dania. *B. n. 2.*
2. V. atroalba. 3. Holmiae r.

V. Mitrula. *Fr.* (in Liljebl. Sv. Fl. 1815).

Discus capitatus, laevis, immarginatus, stipiti impositus.

1. *M. paludosa.* 1—4. *B. n. 1.*
2. M. globosa. *Sommerf.* Salten.

Subg. *Heyderia,* disco stipitem ambiente. **)

3. M. cucullata. *(Batsch.)* 3, 4. copiose. *B. p. 179.*

VI. Spathulea. Spathularia. *Pers.*

Discus capitato-compressus, utrinque in stipitem decurrens.

1. *S. flavida. P.* 1—3. *B. n. 1.*
2. S. crispata. 4! A priori distinctissima.!

VII. Geoglossum. *Pers.*

Discus clavulam incrassatam ambiens, immarginatus.

1. G. atropurpureum. *(Batsch.)* 2. Scan. *W. 6.*
2. *G. viride. P.* 1—3, etiam Upsal. *B. n. 6.*
3. G. glutinosum. *P.* 2—4. *B. n. 4. W. 3.*
4. G. glabrum. (*P. pr. p.*) 1—3. *B. n. 2.*
5. *G. hirsutum.* P. 1—4. *B. n. 1.*
6. *G. difforme.* 1—4. *B. n. 3.*
7. G. viscosum. P. 2. *B. n. 5.*

Medium inter Helvellas et Pezizas:

VIII. Rhizina. *Fr.*

Crustaceo-effusa, dein bullato-inflata, rhizinis fulta.

1. R. undulata. 3, 4, haud fr. *W. 1.*
2. R. laevigata. 2, 4. Smoland. etc.

(R. vaporaria iterum haud lecta).

++ *Horizontales, peltati l. cupulati.*

(IX. Cidaris. *Fr.* Verpa. *Schwein.!*

Discus pileatus, rugoso-tuberculosus, margine revoluto. *Stipes rugoso-plicatus).*

---

tigua, parum inflata. Est forte alius status *Verpae digitaliformis* (B. n. 1.), cui colore et statura similis, at autumnalis.

*) Genus videtur magis australe, disco rugoso varians. Morchellae instar mitra stipiti contigua serie directa abit in mitram liberam campanulatam.

**) Aequo fere jure ducitur ad Verpas l. Geoglossa, et nolui novum genus inter tot affinia, ut perhibet *Corda.* Ad Mitrulas referenda Leotia elegans *Berk. Cent. 2. n. 109.*

X. Cudonia. *Fr.* *)

Discus carnosus, peltatus, laevis, margine revolutus.

1. *C. circinans.* 3, 4. Leotia *P. W. n. 1.*
2. C. marcida. Phallus. *Fl. D.* — *Salten!*

XI. Discina. *Fr.* (S. M. sub Peziza) **)

Ceraceae, extus velatae, disco semper aperto applanato immarginato.

1. D. perlata. 4. Smol. Femsjö, Majo.

XII. Peziza. *L.* ***)

Ceraceae, cupulaeformes, marginatae, extus velatae; disco primitus urceolato conniventi-clauso.

Ser. 1. Aleuria, *extus pruinosae l. floccoso-furfurac.*

a. *Macropodes,* stipite firmo sulcato, elongatove.

1. P. Acetabulum. *L.* Scan. Foglesång etc. *B. n. 1.*
2. P. sulcata. *Pers.* 2. Scan. Stehag.
3. P. calyciformis. Holmiae. P. Acetabul. *Sw.*
4. P. Helvelloides. Helv. Pezizoid. *Afz.*! *W. n. 7.* ****)
5. *P. macropus. P.* 1—4. mire varians. *B. n. 11.*
*6. P. bulbosa. *(Hedw.)* 1, 2. Nimis affin. priori.
7. P. Rapulum. *Bull.* Dania ex Holmsk. *B. n. 13.*
8. P. tuberosa. *(Hedw.)* 1—3. *B. n. 12.*
9. P. Ciborium. *Fl. Dan.* 1, 3, 4; etiam Finmark.
10. P. globosa. 2. Smoland. r.

---

*) Substantia carnosa-ceracea, ascis fixis, sporis elastice explosis fumantibus a Leotiis conspicue differt. *C. marcida* non gelatinosa, sed potius ceraceo-coriacea. — Cucullaria *Cord.*, pileo inferne ascigero, valde dubium genus, si existat?

**) Helvellae infulae et Rhizinae proxima, sed forma diversissima. *Helvella costata*, Pez. clypeata etc. hujus generis sunt.

***) Centrale hoc genus specierum ditius est quam tota ceterum familia. Omitto hinc h. l. plerasque novas species, donec in genera naturalia solutum sit. E sporarum forma (v. c. fusiformi), sporidiolis l. nucleolis, *septis* etc. in tota familia *nulla genera naturalia figere licet.* Etiam sporra echinata, a Berkeleyo primo observata, vix cum affinitate naturali conjuncta. At facile bipartiuntur Pezizae in duo primaria et nobilissima: cfr. sub *Helotio*, cujus vero plures species, donec iterum vivae observatae, in praesente sub Pezizis relinquo. Icones Florae Dan., quamvis non optimas, post Syst. myc. publicatas h. l. citare debeo.

****) Rari fungi, Sept. ad Femsjö lecti, descriptionem addere liceat: Unc. 2 alta, colore nigrescenti-fuligineo, cupula subtus cinerea. Stipes farctus, sed compressus, uno latere saepe acutus, firmus, valde inaequalis, inferne dilatatus et lacunis profundis et latis hinc inde exsculptus, superne praecipue punctulis innatis scaber. Cupula membranacea, deflexa et biloba ut Helvella, undulato-difformis, margine vero erecto et involuto, quare omnino Peziza, subtus scabra. Asci pro more ampli, sporis bisporis.

11. P. Pocula. *Sw.*? 1, 3. Holmiae. Sw.! *)
12. P. melaena. 3! — ? w. 34.
b. *Cochleatae*, subsessiles, obliquae, subtortae.
13. P. venosa. *P.* 3, 4. r. W. 2. P. corrugata. *Brond. Ag. t. 5.* P. reticulata. *Grev. t. 156. B. n. 2.*
— ancilis. *(Pers.) W. n. 2.*
14. *P. badia.* P. 1—4. *B. n. 3. S. 306.*
15. P. plumbea. 2. *Saut. Fl. 1846.*
16. *P. cochleata.* L. 1—4. *B. n. 7. W. n. 8.*
17. *P. abietina.* P. 1, 3! abunde, 4. *Fl. D. t. 1853. f. 1.*
18. *P. leporina.* Batsch. 1, 3, 4.
19. *P. onotica.* P. 2—4. *B. n. 4. Fl. D. t. 1970. f. 1.*
20. P. cantharella. 3. Smol. Åker. *Rabenh. G. exs.*
21. *P. aurantia.* Fl. D. 1—4. *B. n. 5. W. n. 7.*
22. P. fulgens. P. Nericia *W. n. 32.*
c. *Cupulares*, subsessiles, regulares * *pustulatae.*
23. *P. amplissima.* 2—4. P. coronata. *Jacq. Misc. 2. t. 10.*
— pedunculata. *(Schum.) Fl. Dan. t. 2031. f. 1.*
24. P. repanda. *Pers.* 1—3. *B. n. 8. Fl. D. t. 2081. f. 1.*
25. P. cerea. *Sow.* 1, 2. *B. n. 9. W. n. 10.*
26. *P. vesiculosa.* Bull. 1—4. *B. n. 10. W. n. 11.*
27. P. Radula. *Berk.* fung. Hyp. p. 5. Ups. in Hort. Bot. **)
28. P. gemmata. *Schum. Fl. Dan. 1853. f. 2.*
29. P. micropus. *P.* 2. r. — *W. n. 12.*
30. P. lepidota. 4. Smol.
31. *P. pustulata.* (Hedw.) 1—4. *B. S. 307. W. n. 13.*
** *extus pruinosae.*
32. P. varia. *(Hedw.)* 1, 2. Scan. *W. n. 12.*
33. P. hirneola. 3. Ostrog. *W. n. 29.*
34. P. catinus *Holmsk.* 1—3. *Fl. D. t. 2081. f. 2. W. n. 21.*
35. *P. carbonaria.* Alb. Sch. 1—4. *W. n. 22.*
**) *N. Degueliae* K., ab ill. Auctore mecum communicatum, in foliis Degueliae scandentis Brasiliae lectum est. Vegetatio Rhytismatis, sed floccis fere superficialibus in ambitu excipuli innati, ut in Asteromatibus, insignis est. Habitus Hysterii maximi, disco late aperto. Sporidia perfecte evoluta facile abeant in ascos *Perisporiaceorum* et forsan collidet hoc genus cum *Lembosa* Leveill., quae vero e descr. nonnisi dehiscentia rimosa ab *Asterina* Auct. laudati differt.

***) Genus in plura, ut subgenera notata, facile subdividitur. Asci in varia aetate mire mutantur.

flexuosas dehiscens. Discus placentaeformis. *Asci e varia aetate varii.*

1. Rh. laciniatum. 4. Ram. Tiliae. Abnorme.
2. R. maximum. 1. Scan.! *S. S. 250. B. n. 2. Sow. t. 356.*
3. *R. salicinum* (P.) 1—4. *S. S. 134, 208. B. 4.*
4. *R. Andromedae* (P.) 1—4. *S. S. 133. B. n. 3.*
5. *R. acerinum* (P.) 1—4. *S. S. 207. B. 5.*

— pseudoplatani (Dec.) Scania!

6. R. stellare. *Kickx 1—42.* Sphaer. P.
7. R. Urticae. 1—4. *S. S. 209. B. n. 7.*

(b. *Dryphele*, subcircumscissa, pelta orbiculari integra secedente: spec. exoticae, v. c. *R. Montiniae*, gyrosum *Mont.*, circumscissum *Lev.* etc.)

c. *Neurotrema*, secus nervos parallelo-dehisc.

8. R. nervale. (Alb. Schw.) 3. Angermann.

d. *Leptospila*, minuta, ascis reductis.

9. R. punctatum. (P.) Scania! *B. n. 6.*
10. R. Empetri. *Elench.* Lappon.! Nericia!

(LVII. Lophoderma. *Fr.*

Perithecium applanatum, maculaeforme, *crista rimosa laciniato*-dehiscens. Asci clavati, sporis filiformib. H. l. *Rhytisma Hysterioides*- et affin Hyst. n. 17, 18, 28.)

LVIII. Leptostroma. *Fr.* *)

Perithecia applanata (ab epidermide nigrefacta quasi formata), scutiformia, tota secedentia, *disco tenui maculaeformi*, ascis reductis fusiformibus. *Not. Microgr. I. 3. f. 6.* optime!

1. *L. filicinum.* 2—4. *S. S. 65. B. n. 2.*
2. *L. scirpinum.* 1—4. *S. S. 175. Sow. t. 394. f. 10.*
3. L. caricinum. 3, 4. *S. S. 175. B. 1.*
4. *L. juncinum.* 1—4. *S. S. 330.*
5. *L. vulgare.* 1—3. *S. S. 358. B. S. 205.*
6. L. Spireae (Kunz.) 2—4. *S. S. 359. B. n. 3.*
7. L. rugosum. 4. Caul. major., Aconiti.
8. L. stipatum. 1. Lund! *S. S. 192.*
9. L. Hysterioides. 1, 2. *Not. l. c. f. 6!*
10. L. Sphaeroides. 1. Hort. Lund. Sacidio affin.

---

*) Sic dicta sporidia in hoc genere, *mire confuso!*, ascos reductos habeo, ob transitus directos. Ceterum fixa sunt; verae sporae semper liberae. *Leptothyrium K.* (non Rec.) est synonymon! Apud Auctores quosdam, conspurcatum est speciebus maxime heterogeneis, v. c. *Ectostromatibus* (minime autonomis plantis!)

F. Stictei. *)

LIX. Cryptomyces. *Grev.*

Discus placentaeformis, mollis, immarginatus, hypothecio carnoso impositus, epidermide lacera velatus. Asci ampli, fixi, paraphysibus immixtis.

1. C. disciformis. Tremell. *S. M. II. p. 216. 4.*
2. C. Betuli. (Peziza *A. S.* l. c. p. 195.) 1. Scan.

(C. Vauchii *Grev.* valde refert Rhytisma maximum, sed epidermis in perithec. non mutata.)

LX. Propolis. *Fr. S. M. p. 192. Cfr. Fl. Scan.* **).

Discus difformis, immersus, ceraceus, planus, margine accessorio cinctus, demum fatiscens. Asci praeced.

1. P. alba. *El. p. 27.* Femsjö! *S. S. 335.*
2. *P. rhodoleuca.* (*Sommerf. L.*) 1, 3, 4.
3. P. farinosa (*Pers.*) 3, 4. Popul. trem. Femsjö!
4. *P. viridis.* (Fr. Obs. 1.) 2—4. *S. S. 435. B. p. 214.*

☞ Melittosporium. *Corda ic.*

5. P. gilva. 3, 4. *S. S. 436.*
6. *P. versicolor.* 1—4. *S. S. 276. B. p. 214.*
7. P. hysterina. 2.

b. Epiphylla.

8. *P. Phacidioides.* 4. *S. S. 297. B. S. 162.*
9. P. nivea (P.) *Not. 1. f. 5.* Scan. Vidsköfle!

LXI. Xylographa. *Fr. ll. cc.* Hyster. P. Stictis. *Corda.*

Discus sublinearis; primitus apertus, ceraceo-mollis, siccus corneus; excipulo annulari (nigro) marginatus. Asci fixi, persistent.

1. X. longa. (P. sub Hyst.) 1. *B. n. 3.*
2. *X. parallela.* 1—4. *S. S. 95. B. p. 203.*
3. X. flexella. 3. Peziz. *S. M. B. p. 101.*
4. X. stictica. 4. r. Valde a n. 2 diversa!

---

*) Ut ad Tremellinos accedunt varia reliquorum ordinum genera, sic huic *Dübenia* et *Pilopezae* Helvellaceorum, *Agyrium* et *Lemalis* Bulgariaceorum, *Schmitzomia* Dermateorum, *Laquearia* et *Trochila* Patellariaceorum et Phacidiacei plurimi tantum differunt perithecio; sed hujus rudimenta, licet incompleta, videre licet in linea atro, discum marginante in Propoli farinosa, Xylographis, Sticti hemisphaerica, atrocyanea etc. Hac de causa infra Phacidiaceis collocati sunt; *Naeviae* a Leptostromate differt tegmine manifestius ab epidermide formato; sic quoque Rhytisma maximum a *Cryptomycete Vauchii* etc.

**) Species pulcherrimi generis, sub diversissimis dispersas et omissas, iterum in natura investigavi, recognovi, plene descripsi et speciminibus distributis figere studui sub novo genere, *a me primo constituto.* Cfr. Syst. Myc. et Fl. Scan.!

LXII. Stictis. *Pers.!* Cryptodiscus. *Corda.*

Discus orbicularis, immersus, *primitus urceolato-clausus*, dein apertus marginatus, persistens. Sporae (vulgo uniseptat.) in ascis seriatae.

a. Alomeae. *(Pers. obs. Myc.)*

1. *S. pallida.* Pers. 1—4. *S. S. 275. B. n. 3.*
2. S. hemisphaerica. 3, 4. *B. n. 4.*
3. *S. atrocyanea.* 1—4. *S. S. n. 278.*
4. S. inclusa. (Pers. sub Pez.) 3, 4. *W. p. 490.*
5. S.? Lichenicola. *Mont. Ann. S. Nat. 1836. B. 166.*

b. *Corticolae.*

6. S. pelvicula. *Pers.!* 1 Scan. aff. sequ.
7. *S. nigrella.* Somm. 1—4. (Affin. Not. 1. f. 6.)
8. S. ocellata. *Pers. 4.*
9. *S. Lecanora.* (Kunz.) 1—3.
10. S. arundinacea. *P.* 1. Scan. Ringsjö!

LXIII. Naevia. *Fr.* (a naevus.)

Discus innatus, applanatus, maculaeformis, immarginatus, epidermide secedente tectus; sporae simplices, ascis clavatis receptae.

1. N. scripta. (Leptostroma *S. M.)* 1. *Lund.*
2. N. tenuis. *l. c.*
3. N. valvata. *(Mont. Ann. Sc. Nat. 1836. p. 337.*

Aliae exstant species, charactere non separandae, a Lichenibus **) originem ducentes.

(LXIV. Seriella. *S. M. 3. p. 475. b.*

Discus innatus, apertus, excipulo et ascis destitutus; sporae 8 moniliformi-seriatae. Affinis *Orbiliae.*)

Observationes:

1) Genera in omni ordine centrali ubique sibi invicem propius accedunt et ob typicam congruentiam difficilius limitantur, cum inferiores radii, in quibus vis formatrix magis vaga est, in genera naturalia aegre cogantur. Hinc genera Helvellaceorum vix ullam essentialem in fructificatione praebent differentiam et quan-

---

*) *Stictis pallida* Persoonio (*Obs. Myc. 2 t. 6. f. 7*) est hujus generis typus, et nisi omnem historicam fidem spernamus, neque alii generi tribuere licet, nec alii convenit nomen. Cel. *Corda* ad Xylographas meas transtulit; hae vero Persoonio sunt Hysterii nec Stictidis species.

**) Hinc diximus hoc genus praebere "punctum in quo Lichenes et Fungi collidunt", eodem sensu ac si quis diceret "Constantinopolin sistere punctum, in quo Asia et Europa confluunt." Speciosae interpretationi haec verba ansam obtulerunt. Si locus c. inter Lichenes collatus fuisset, haec hallucinatio mox evanuisset.

do haec tanquam distincta agnoscimus, nulla adest ratio, cur non subgenera Agarici, non modo per se insigniora, sed etiam strictius limitata et evidentioribus notis distincta, tamquam propria genera consideremus. Iis seorsim propositis genera Agaricina recedentia, hactenus tantum separata, facile est acutius limitare! Cardo positus est in gregibus naturalibus limitandis; utrum has sectiones, subgenera, genera e. s. p. dicamus est subjectivum quoddam vel, ut novo verbo utar, conventionale; non tamen arbitrarium, sed e systematicis principiis et constante expositione pendens. Ridiculum videtur, quando quidam omnem vim Synopseos Hymenomycetum, ob subgenera Agaricina a reliquis remota, denegant. *In re* non jota mutat, si scribamus Agaricum Coprinum comatum l. Coprinum comatum, A. Lentinum tigrinum l. L. tigrinum e. s. p. Bene Schleiden: *In solchen elenden Wortklaubereien suchen die Leute Wissenschaft,* ut leviter variata proponendi forma suam siglam nominibus adscribant!

2) Inter Discomycetes et Gasteromycetes mediam rationem praebent *Tuberei, quorum nullam in Scandinavia nasci speciem miramur!,* forsan ob solum graniticum, primaevum vel terram magna anni parte congelatam. (Male Rhizopogon in his quaeritur!). Nisi ad receptas opiniones in rebus ambiguis semper accederem, illos ponerem inter Discomycetes et quidem in fastigio alterius seriei, in qua Tuberei Morchellis responderent. *Genea* aliaque genera satis aperte testantur horum thalamium ascigerum esse discum intrusum ob stationem subterraneam et per Sphaerosoma transitus in Cenangia manifestus. Et porro Sticteos ex affinitate facile inter reliquas ordines dispescerem, sed in infimo gradu diversae series ita collidunt, ut hunc seorsim proponere utile visum est.

Fam. CXIII. *Pyrenomycetes.*

Thalamio heterogeneo, contiguo, discreto, vulgo deliquescente, excipulo clauso (perithecio) recepto — s. *nucleo* — et sporophoris vel endosporis vel in sporidia mutatis haec familia a reliquis facile dignoscitur. A Lichenibus vero nucleiferis, nisi rationem habeas thalli, ne levissima nota differunt Pyrenomycetes; singulum Lichenum Angiocarporum genus, etiam quoad subtilissimas fructificationis partes, plene respondet analogo cuidam Pyrenomycetum. At fructificatio inter Fungos multo magis luxuriat, unde longe plura et magis speciosa genera inter Pyrenomycetes nascuntur. Hinc jam d. *Micheli* Pyrenomycetes et Verrucarias *sub eodem genere* jungebat; judicium a plurimis dein resuscitatum, at vegetationis rationes, quae majoris ponderis sunt, et sensus communis iterum iterumque utramque gregem ut analogas evolutiones in diversa serie collocarunt. Si Ascomycetes cum Lichenibus jungantur, nulla adest ratio Hyphomycetes et Coniomycetes a Phyceis distinguere. Tantus est nexus inter omnes plantas nemeas; ut nulla exstat inter has differentia superior, quam Biologica inter *Proto-* et *Hysterophyta.*

Ex analogia Lichenum *Pyrenomycetes* et *Discomycetes*, s. Ascomycetes, in unam familiam porro jungere primo obtutu sine dubio maxime constans videbitur, praecipue cum *in infimis* exstent formae ambiguae et transitus sat manifesti. Cum vero adsunt duo centra, in quibus genera vastissima et optime explicata posita, nullus dubito duas familias esse admittendas. Conferentes summos Pyrenomycetes v. c. Thamnomycetem, Rhizomorpham, Xylariam etc. cum Morchellis, Helvellis e. s. p. facile intelligimus haec sistere diversarum familiarum opposita fastigia. Ad typos centrales in familiis limitandis semper attendamus, nec ad formas infimas transitorias, quales numquam inter vicinas desunt; et longe evidentiores inter Pyrenomycetes et Coniomycetes, Lichenes e. s. p. exstant, quam inter Discomycetes et Pyrenomycetes. Malum, ut ita dicam, metaphysicum Systematum est nullos limites definitos, nullos characteres absolutos in rerum natura existere, ut typos tantum respiciamus. Quod denique ad analogiam plantarum Lichenosarum attinet, primo observandum has in duas familias e thallo, ut decet in serie thallo praepollente, dispesci; cum vero haec analogia ad fungos non extendatur, inter hos, fructu praepollente, constans est duas familias e fructificatione separare. Ceterum Lichenes angiocarpi et gymnocarpi ubique directe in se invicem transeunt, ut intimus omnium nexus patet — h. e. nullos praebent typos oppositos.

Hymenomycetes, alterum Thalamiferorum extremum, Pyrenomycetes nullo puncto tangunt. Affinitas cum Gasteromycetibus, cum quibus olim ex externa forma jungebantur, fere nulla est; tam morphosis, quam fructificatio diversissimae. *Gasteromycetes* potius cum Hymenomycetibus, sed *propter analogiam* tantum!, esse jungendos ingeniose observarunt *Leveille, Berkeley* etc. Non desunt tamen formae intermediae, sed rarae sunt et perpaucae; nam *Tuberei* potius Discomycetes et Gasteromycetes jungunt. Sed omnium superiorum familiarum more directe abeunt in fungos elementares. Haud paucos ad Hyphomycetes relatos fungos modo sistere prima stamina Pyrenomycetum, quorum primordia saepe sistunt floccorum fasciculos, conidiis (pro sporis habitis) conspersos aliosque Dematieos Pyrenomycetum sistere status abnormes haud temeraria omnino est suspicio. Sic v. c. Chaetomia, Enchnoas etc. a Myxotricho, Ascotricha etc. saepe impossibile mihi fuit discernere. Adhuc magis limites versus Coniomycetes, quoad vegetationem in pari evolutionis gradu, modo in alia serie positos, obsoleti, licet metamorphosis perfecta in nucleum gelatinosum discretum et definitum differentiam praebeat.

Vidimus jam inter Discomycetes ascos saepe disparere et in hoc ordine adhuc frequentices fit. Typice vero omnes Pyrenomycetes, ut Lichenes, etiam Calicia, ex raro frustrata fide in harmoniam naturae, ascigeros esse concludimus. At saepe vel deficiunt asci vel in sporidia mutati sunt. Omnes Pyrenomycetes sporidiis nudis simplicibus in nucleum gelatinoso-grumosum conglobatis, licet saepe obviam veniat magna copia conformis in definita regione vel matrice, prorsus atypicos censeo, quare omnia genera in hoc statu tantum observata ut adhuc dubia sepono. In plerisque vero hujus indolis ascos veros v. c. in *Phomate*, *Labrella*, *Polystigmate*, *Melanospora*, *Chaetomio*, *Ceuthospora* etc. ascos simul observavimus. Potius *Sphaeriam acutam* pro statu degenerato simillimae *Sph. rostellatae* l. alius ascigerae et loco modo diversae, quam novi generis typo. In multis enim indubiis et diversissimis Sphaeriis, v. c. *Sphaeria disciformi*, *operculata* etc. vidimus formam abnormem nucleo Sph. acutae absolute simillimo! Satis cognitum est Hypoxyla etc. etc. e vario maturitatis stadio legi ascigera et ascis priva. Hinc numquam genera, vix species distinguimus ex ascorum praesentia vel defectu, quum hoc statum abnormem indicat. Sunt quasi Spilomata Lichenum vel Calicia disco dissoluto, quae jam fere omnia ascigera observata! *) At eo majorem vim in speciebus determinan-

---

*) **Nemo sane, qui in familiis limitandis affinitatem naturalem respiciendam concedit, Valsas et Cytisporas in familiis diversis collocabit.**

dis tribuo diversae ascorum indoli; haec nec ipsorum praesentia constans! In prima serie perfecte vulgo explicati sunt, in altera vero in sporidia reducti, v. c. in *Diplodia*, *Hendersonia* etc. Haec sporidia non sporis, sed ascis respondere concludo ex eorum origine, situ, forma, functionibus; ut asci vulgo pedicellata et adnata, cum verae sporae in cellula matricali (asco) libera nascuntur. Non igitur denegem summam similitudinem cum veris sporis, ut v. c. facile sumas sporas didymas variorum v. c. Dothidearum pro sporidiis Diplodiae, postquam asci resorbti sunt. Attendendum semper ad situm, utrum adnatae sint, an liberae. In *Sphaeria Agaves*, Sphaeropsis l. Diplodia dicta, vidi sporas obscuras, oblongas, acutas ascis linearibus pellucidis primitus receptas; in *Sphaeria chionaea*, nunc ad Sphaeronaematum gregem relata, sporidia globosa, opaca, manifeste biserialia et in clavam disposita intra ascum pellucidum. Sic quoque "asci" *Sphaeriae moriformis*, a Schmidtio in Kunz. Myc. Heft. depicti, verae sunt sporae, primitus asco amplo receptae; ex icone citata pro Hendersonia haberes. At longe nimis deduceret haec ad singularia perducere. Addam modo sporas s. d. basidiomorphas Acrospermi, quibus similes asci filiformes in Tympanide etc., aliam esse ascorum speciem; in utroque veras sporas, Sphaeronaematis simillimas, ex apice secedere vidimus. In *Hendersonia Syringae* eosdem sporidiis septatis intermixta vidi, ut primitus pro paraphysibus habui. At floccos internos fasciculatos, v. c. in Pyrenothicho, paraphyses, ob ascorum defectum luxuriantes, censeo; simillimae obviam veniunt in variis Lichenibus et Phacidiaceis, granulum (sporam Pyrenotrichi) in apice includentes. Pyrenotrichum, ut analoga Stictis Lichenicola, nimiam quoque habet cum Lichenibus affinitatem. In multis Sphaeriis sterilescentibus, ascorum loco videre licuit fila variae figurae, v. c. in Sphaeria herpotricha fila longissima, pellucida, intus prorsus vacua; ejusdemque indolis videntur sporae Ypsiloniae etc. Saepe insuper obviam venire specimina sterilia, immatura, exoleta, in quibus interna structura obscura et amorpha apparet, vix est quod moneam. Ne igitur in tanta internae structurae varietate, quae e diversis principiis (utrum nempe *differentiam tantum* vel potissimum mecum *typicam identatem in natura* quaerant) varie sine dubio interpretabitur, e formis atypicis vana fingam genera, nulla recipere potui, quae non ad typum normalem referre potui et aliis externis notis vel vegetationis differentiis confirmantur. Majoris ceterum momenti mihi visum est, ut species typicae (sub Sphaeriae genere nunc comprehensae) ad definita genera referantur, quam innumerae recedentes et atypicae formae inferiorum ordinum singulatim notentur.

Inter omnes fungorum familias Pyrenomycetum sine dubio vastissima et specierum numero ditissima; in omni zona, in omnis plantae omnibus morientibus et emortuis partibus vegetant. Computanti mihi, quantum specierum numerus cum reliquae vegetationis et arborum copiis auctis augeatur, quanta varietas in diversis terris, ut species nudo l. modice armato oculo non discernendae e sporidiis et ascis in plures facile collabantur, et infimorum generum v. c. Septoriae in singula facile planta, specierum numerus paene infinitus videtur. Non forsan erraret, qui formarum definitarum numerum ad 100,000 computaret. Inter hos igitur, ut in infimis fungis in genere, modus est necessarius in speciebus distinguendis; praecipue *species plurimae epiphyllae infimae sunt dignitatis.* In hac familia praecipue videre licet quanta differentia in specierum dignitate. Cum species perfectiores et libere evolutae ad nobilissimas in regno vegetabilium referendae sunt, in diversissima matrice et sub plurimis formis obviam veniunt et singula peculiari vegetationis historia gaudet; infimae adeo viles, ut non nisi levissima differentia in sporarum forma l. magnitudine recedant ceterumque nihil omnino sibi peculiare monstrant. Inter hos typos primarios satis mihi visum est notare, nisi molem scientiae et specierum numerum tantum aucta quaeramus. Ad nobiliores pertinent omnes primae seriei, exceptis quibusdam epiphyllis v. c. Meliolae, Erysiphes, speciebus; ad plebejos plurimae secundae. Cum ex illis vix ullae species in Hortis et Caldariis Botanicis nascuntur in arboribus exoticis, quae non simul in indigenis hospitantur, magnus numerus Diplodiarum, Hendersoniarum, Septoriarum e. s. p. privarum observatur in plantis exoticis in hortis nostris et Caldariis. *Gravem censemus Floristarum errorem has in plantarum indigenarum numero habere;* species, quae in planta peregrina tantum observata est et cum hac sine dubio periret, pro indigena neutiquam haberi potest. Haec methodus omnes geographicas rationes subvertit, ut regio caldariis et arboreto exotico ornata ex his multiplo plures numeret species quam regio nativa.

Vastam hanc familiam ad nostra tempora sub unico genere Sphaeriae comprehensam non possumus non mirari. Quis enim crederet Phoma cum Cordicipite genere umquam fuisse junctum? Jam primo anno (1811) hos plantas speciatim observans, enuntiabam "Sphaerias non sistere genus sed familiam." Mox in Obs. Mycol. varia proposui nova genera, sed peritior factus facile intellexi, quam vana sunt nova genera sine universali specierum cognitione et praecipue morphoseos historiae, quare in Systemate Mycol. adhuc integrum servavi et ad diversas vegetationis rationes, quas ante subtilius studium plene exploratas esse necesse est,

praecipue disposui, at jam tum plurima infra proposita genera in schedulis distinxeram. Annos 1831—1836 novo horum examini et praecipue largae specierum exoticarum messi (ultra 1000 species subtili analysi subjectae sunt) dicavi pro Epicriseos Systematis Mycologi continuatione (cfr. praefamen ad Synopsin Hymenom.); sed cum nova schola meis studiis infesta sit *) opusque in singularibus adeo absolutum ut Agaricorum praestare non licuerit, mihi, gravioribus ceterum negotiis occupato, gratius visum est a foro mycologico discedere measque schedulas ineditas posteris relinquere. Nunc, species indigenas modo enumeraturus, stricte sequor schedulas 1836 elaboratas, additis modo generibus quibusdam recentius distinctis mutatisque nominibus meorum, sub aliis dein propositorum. Inter eos, qui Pyrenomycetes recentius observarunt, principem locum tenet Cel. de Notaris. Recentiora vero laudati viri studia ex exceptis in diariis Botanicis mihi tantum cognita esse dolemus. Quae in Britannico *Magazin of Zoolog. et Bot.* translata legi, ex mea mente quasi exscripta agnovi, at in praesente tam subtilem reformationem, priusquam typici et abnormes status plenius et repetitis observationibus explorati, ad singularia perducere non licet. — Genera Sphaeriacearum genuinarum infra posita longe majoris dignitatis censeo, quam Helvellacearum. *Genera I—VIII* nulla inter Lichenes habent analoga, utpote libere evoluta, *Diatrype* vero plene respondet *Trypethelio*, *Valsa* Parmentariae etc., quae inter Lichenes diversam a Verrucariis constituunt familiam, cum inter Pyrenomycetes, ceterum multo melius evolutos, hactenus ne subgenera quidem separata. Hujus ratio quaerenda est in confusione mycelii et stromatis. Hoc verum est receptaculum, a mycelio heterogeneo vulgo discretum vel saltim altiori metamorphosi ab eodem transformatum. Stroma genuinum primitus vel perithecia includit vel in perithecia abit, vulgo plura obtegit, interdum vero solitarium. Non igitur confundas Sphaerias compositas cum Sphaeriis stromate instructis; multae confluentes, v. g. *S. parallela*, stromate proprie omnino carent vel ut *S. spinosa*, *spiculosa* etc. mycelio maculari tantum conjunctae sunt, quod aeque parum ac tomentum Byssiseda-

---

*) Leve exemplum praebeant frequentes citationes aliae auctoritatis ad genera et species a me non tantum primo denominatas, sed etiam detectas et determinatas. Omnes, qui mihi fungos ad describendum tradiderunt, testari possunt meam ingenuitatem, inventores citando tamquam specierum et generum Auctores, etiam si ipsorum nomina mutare coactus vim vel ipsi n. sp. modo sine nomine et charactere adscripserint. Ne falsarii crimine arguar, observare necesse est, *Sphaeriam inquilinam* multasque alias sine omni nomine et determinatione mihi missas esse.

rum stroma dicere licet. Nec Sphaeriae caespitosae stromate vero gaudent, tantum mycelio tuberculoso insident, quare hoc admodum inconstans, saepe deficit vel in crustam effusam abit, cum stroma admodum definitum: stroma cupulaeforme *Sph. repandae* insidet crustae mycelii effusae, atrae. (Inter Lichenes respondet mycelium thallo; stroma vero pulvinaribus Trypetheliaceorum). Hac differentia rite perspecta, nobilissima Pyrenomycetum genera aeque perspicua evadunt, ac maxime naturalia, et ignoscant precor hodierni mycologici, qui omnem vim in subtilissimis notis ponunt, haec omnibus vegetationis et morphoseos rationibus congrua genera, ut primo obtutu mox recognoscantur, ex sporarum et ascorum differentiis, mihi minime ignaro, impossibile fuisse divellere. Secutus sum dispositionem in Flora Scanica exhibitam.

Ut praecedentes familiae abit in duas admodum naturales series, quarum prior, Pyrenomycetes genuinos complectens, species nobiliores colligit: posterior vero ad Coniomycetes transit, ob formas atypicas facile abit in numerosa genera, quae vero ut ipsorum species plebeja sunt.

* *Genuini*, perithecio et nucleo, vulgo ascigero, discretis, ostiolo definito.

I. *Sphaeriacei* (Thelostomi) ostiolo prominente papillaeformi.

II. *Dichaenacei* (Chaenostomi) ostiolo rimoso aut discoideo-aperto. Asci filiformes.

III. *Perisporiacei* (Omphalostomi) ostiolo impresso punctiformi umbilicato. Asci vulgo breves, saepe rotundatae l. diffluentes.

** *Coniomycetoidei*, perithecio incompleto, absque ostiolo discreto, ascis vulgo in sporidia mutatis.

IV. *Cytisporacei* (Sysstomi) peritheciis loculoso-cellulosis, poro communi ostiolatis.

V. *Apiosporinei* (Schizostomi) peritheciis distinctis astomis, dein varie dehiscentibus.

VI. *Phyllosticlei* (Cryptostomi) nucleis matrici innatis, peritheciis o! l. a matrice quasi formatis, nec discretis. *Plantis vivis vulgo innati.*

A. Sphaeriacei s. *Thelostomi.*

+ *Stromate verticali.*

I. Cordyceps. *Fr.* *)

* *Entomogenae.*

1\. C. militaris. *(L.)* 1—4, at parce. — *B. 1.*
2\. C. entomorhiza. *(Dicks.)* 4. Dalekarl.! *B. 2.*

** *Mycogeneae.*

3\. C. capitata. *(Holmsk.)* 3. W.goth. Kinnekulle! *M. N. 763. B. 3.*
4\. C. Ophioglossoides. *(Ehrh.)* 1, 2. *S. S. 301. B. 4. S. 92 c. ic.*

*** *Spermatogenae.*

5\. C. purpurea. *Fr.* 1. Dan. S. entomorrhiza *Sch.*
6\. C. alutacea. *(P.)* 3, 4. *S. S.* in sem. Abietis. — *B. n. 7.*
Subg. *Epichloe*, culmis vivis stipitis instar utens.
7\. *C. typhina.* (P.) 1—4. *S. S. 37. b.* — Dothid. *B. 2.*

II. Xylaria. *Schrank. et Auctt.* **)

Clavariae spec. *L. Bull.* Hypoxyli sp. *Fr.*

1\. X. polymorpha. *(P.)* — 1—3. *S. S. 221. B. 9.*
2\. X. corniformis. *Fr.* El. 1, 2. S. S. *B. exs. 277.*
3\. X. digitata. (L.) 1, 2. — *B. n. 8.*
4\. X. *Hypoxylon.* (L.) 1—4. ad Upsal. *S. S. 181. B. 10.*

---

*) Genus nobilissimum, sporis numerosissimis in plures series moniliformes concatenatis (*B. S. 92. t. 7. f. 4*), forma clavata l. capitata, substantia carnosa, peritheciis et nucleo pallidis ab omnibus distinctissimum, tantum ad Hypocreas (Cfr. *S. O. Veg.!)* mediante *C. alutacea!* accedens. *C. typhina* habitu, substantia, peritheciis, ascis etc. prorsus convenit, sed stratum peritheciophorum non stipitem proprium ambit, sed culmos graminum vivos, unde etiam hujus situs verticalis est. — *Obs.* Fasciculi exsiccati Cell. *Mougeotii* et *Nestleri*, in S. M. non citati, sub *M. N.* h. l. citantur: XI nobis deest!

**) Peritheciis corneis nucleoque atris, ascis octosporis, sporarum (vulgo uniseptatarum) forma, substantia carnoso-suberosa l. coriacea a praecedente, forma clavata, peritheciis primo immersis a sqq. facile distinctum genus, cujus species numerosissimae in terris calidioribus. Hoc genus ad Hypoxylon accedit, ut prius ad Hypocream (Cfr. *S. O. V.!*); sed exstat subgenus (*Fracidia*) in tropicis, ad Hypocreas accedens, stromate subcarnoso, nucleo peritheciisque pallidis, ad quod referantur X. flabelliformis (*Elench.*), pumila (*Linn. 1830*), X. *comosa*, *collabens* (Mont.) etc. H. collabens *(Mont.)*, *ex icone obiter inspecta*, praebuit genus *Acrosphaeria* Cord., at capitulum *non est Sphaeria simplex*, *sed stroma!*, in quo perithecia peripherica nidulantur. Altera *Acrosphaeriae* spec. est Thamnomycetis spec. pumila, simplex. — Genera Xylaria et Hypoxylon *Corda* ne quidem ut sectiones servari possunt. Cfr. *Pers. Obs. Myc. 2. t. 2. f. 4.*, *Sph. hypoxyl. cupressif.* etc. Nec Xylaria est Hypoxylon *Bull.*, sed *Fr. pr. p.*, licet contrarium statuat *Corda.*

— pedata. *Sow. t. 395. f. 2.* — cupressiformis. *(Woodw.)*
(X. pedunculata. *(Dicks.) B. S. 93. Exs. 168.)*
5. X. carpophila. *(P.) 2. S. S. 302. B. 11. Fl. D. 1850. f. 1.*
6. X. filiformis. *(A. S.)* 1. Scania!
7. X. subularis. *Fr.* Upsal.! Holm.! Rhizom. simplex *P.*
(Subg. *Fracidia;* specc. omnes exoticae.)

III. Rhizomorpha. *Roth.* *)

1. R. fragilis. *Roth. Schmitz Linn.! Fl. D. t. 1919!*
— subterranea. *P.* Rh. corrugata *Ach.*, spinosa *Sm. etc.*
— subcorticalis. *P.* R. angulosa. *Ach.* etc. *M. N. 759.*
b. *Cenocarpus.* (Ascis nunc nullis, nunc perfectis, ut in priori.)
2. R. Hippotrichoides. *(Sow.)* 1, 2. Thamn. *B. 1. S. 94.*
— Alectorioides. *(Ach.)* In silvis ad truncos.

(IV. Thamnomyces. *Ehrenb.*

Stromate fruticuloso l. stipitiformi, *carbonaceo*, rigido, basi (mycelio) subpeltata, et peritheciis nudis a stromate formatis (Cfr. *Fries Linn. 1830)* a priori clare differt.)

(V. Camillea. — *Mont. Cent. II. p. 30. t. 10. f. 3, 4.*

Stromate stipitiformi, carbonaceo basi peltata cum priori convenit, sed perithecia heterogenea, apici immersa, membranacea, in orbem disposita in apice truncato submarginato. **)

Medium inter verticales et horizontales:

VI. Poronia. *Fr.* ***)

1. *P. punctata.* (L.) 1—4. *S. S. 182. M. N. 958. B. 12. exs. 169.*
2. P. scutellata. *Fr.* 1. Scan. r. *Mich. t. 54. f. 3.!*

---

*) Genus heterogeneis maxime conspurcatum, indeque *temere* rejectum! Largam speciminum eximie fructiferorum copiam dedit d. *Hornemann* (Cfr. *Fl. Dan.!*), e quibus in Fl. Scan. restitui, et nuperius div. *Schmitz* in Linn. l. c. historiam exposuit. Eximium offert exemplum, quomodo planta vulgatissima modo *atypicam* sistit formam! Plures Sphaeriae h. l. videntur; *Rh. americana* (Sph. subterran. *Schw.! Am. p. 189*), *Rh. guianensis* (Sph. Rhizomorpha *Mont. C. II. p. 19*) etc. Praeter peculiarem stromatis corticati, *intus stuppei*, texturam et habitum, peritheciis superficialibus! *heterogeneis* a proximis tute discernitur. Nucleus in Rhizomorpha et Cenocarpo idem.

**) Primus pro Coryneliae spec. l. n. g.? Cel. *Kunze* proposuit, at ut novam Sphaeriae tribum (dolemus Bacillariae nomen, ob homonymon Nitschii, non servandum) Amic. *Camille Montagne*, cui igitur dicamus. Ut sq., cui accedit, variat curtum, subsessile.

***) Stromate *subcroso-fibroso*, peritheciis in disco marginato periphericis sporisque (atris) facile distinctum, sed *forma variat;* in *P. pilulifera* (Sph. *Berkl.* non Fr.) stipes longus ramosus, discus capitatus!, *P. scutellata* sessilis est. Nec *color externus* niger generis fidam notam praebet, nec *forma cupularis.* Non confundes *Hypocream cupularem*, *Hypoxylon repandum* etc.

(Pat. testacea. *S. M.* II. p. 159 ad hanc se habet, ut P. coriacea *Bull.* ad priorem.)

++ *Stromate horizontali, sessili.*

VII. Hypocrea. *Fr. — Mont. Ann. S. N. VI. t. 16. f. 4.* *)

a. *turgidae*, determinatae.

1. H. Tremelloides. *(Schum.)* 2. Saell. *Fl. D. 1858. f. 2.*
2. H. cupularis. *Fr. Linn.* — 3. O.goth.!
3. *H. gelatinosa.* (Tod.) 1—4. *S. S. 303.*
4. H. rufa. *(P.)* 2—4. *S. S. 304. B. 12. S. 19.*

(Ad H. armatam Fr. spectat anonym. *Pers. M. E. t. 1. f. 1, 2.)*

** effusae. (H. Riccioidea *Bolt. B. S. 95.)*

5. *H. citrina.* (P.) 1—4. *S. S. 31. B. n. 20.*
6. H. lactea. *Fr.* 2.! *Rabenh. G. exs. 351.*

Subg. *Hypomyce*, hymenio fungorum stromatis vices gerente. **)

7. H. lateritia. *Fr.* 3. Byarum Smol. *B. n. 21.*
8. *H. luteovirens.* Fr. 2—4. *B. n. 22.*
9. H. hyalina. *(Schwein.!)* 3. Upsaliae.

VIII. Hypoxylon. *Bull. Fr.* ***)

a. Glebosae. *S. M. II. p. 345.*

1. *H. ustulatum.* Bull. 1—4. *S. S. 261.* B. 27.
2. H. Tubulina. *(A. S.)* 3! *S. S. 341.*
3. *H. repandum. Fr.* 2—4! *S. S. 1. Cord. IV. f. 128.*
4. H. luteum. *(A. S.)* 4. Salix. *B. S. 170.*
5. H. gastrinum. *Fr.* 1. Lund! (affin. H. succentur.)
6. H. sphondylinum. *Fr.* 4. r.

---

*) Medium inter Cordicipitem et Nectriam (*C. alutacea* quoad ascos et sporas cum Hypocrea convenit) et ab Hypoxylo exacte differt, ut Cordyceps a Xylaria. Nisi stromatis rationem habeamus vix distinguatur a priori. Sporae vero saepe uniseptatae!, sed haec nota characterem genericum non praebet! Occurrunt species atrovirentes v. c. H. rigens *El. p. 61.*

**) Ad Hypocreas accedit, ut *Epichloe* ad Cordicipitem; haec *verticalis!*, Hypomycetes *horizontales.*

***) Nobilissimae sunt omnes hujus generis species, quarum numerus, additis exoticis, *ad centuriam* mox adscendit. Sex novas habeo *Europaeas*, proxime describendas. Genus inter Xylariam et Sphaeriam medium, at facillime limitatum. A proximis non modo ascis et sporis subseptatis obscuris, pulveris atri instar explosis, sed *tota structura et vegetatione*, primo velo flocoso furfuraceo tecta, longe distat! Stroma hujus omnino homogeneum et a matrice discretum! *Ut priora genera nullam praebet cum Lichenibus analogiam l. affinitatem*, cum omnia sqq. genera Lichenoso cuidam prorsus respondent. Caveas, ne cum his confundas Sphaerias peritheciis confluentibus v. c. *Sph. incrustantem*, *botryosam* e. s. p.

7. H. nummularium. *Bull.* 1. Scan.! *B. n. 28.*
8. H. virgultorum. *Fr.* 3, 4! *S. S. 2.* Cord. IV. f. 123.
b. Pulvinatae. *S. M. II. p. 331.*
9. H. durissimum. *Fr.* 4. Lappon. Smol.! Sph. concentr. *Whlb.*
10. *H. concentricum* (Bolt.) 1—4. *S. S. 141. B. 13.*
— enteroleucum. *(Schw.)* Ut prius fragile!
11. *H. coccineum.* Bull. 1—4 in austral. *S. S. 41. B. 14.*
— varii lusus: Fl. D. t. 2149. f. 2, 2157. f. 2.
12. H. rubricosum. *Fr. El.* 1. Scan.
13. *H. multiforme* Fr. 1—4! *S. S. 44. B. 17.*
* granulosum. *Bull. Fl. Dan. t. 2149. f. 1.*
14. H. cohaerens. (P.) 1, 2! *S. S. 43. B. 16. M. N. 764.*
15. H. argillaceum. *Fr.* 1. Scan. *B. S. 169.*
16. *H. fuscum.* (P.) 1—4. *S. S. 42. B. 15.*
— glomeratum. *Bull.* — effusum. *Sow. t. 374. f. 8.*
(Spec. *H. perforati* indigena quoque vidi, at loc. incert.)
c. *Effusae.* Connatae. *S. M. II. p. 337.*
17. H. corrugatum. *Fr. El.* p. 10. Upsal. in Acere!
18. *H. rubiginosum.* (P.) 1—4. *S. S. 142. B. 23.*
19. H. cupreum. *Fr.* n. sp. 3. Suec. med.
20. H. Stereoides. *Fr. n. sp.* — Finland.
21. H. atropurpureum. *Fr.* 2! S. S. 75. B. 24.
22. *H. serpens* (P.) 1—4. *S. S. 45. Fl. D. 2037. f. 1.*
— crustacea. *Sow. t. 372. f. 11. B. 25.*
23. H. omphalostoma. *n. sp.* — Suec. bor.
24. H. coprophilum. *Fr.* 3, 4.
25. H. udum. (P.) 2. *S. S. 324. B. 37.*

IX. Diatrype. *Fr.* *)

a. Lignosae. *S. M. II. p. 348.*
1. D. lenta. *(Tod.)* 1, 2. —? *Fl. Dan. t. 2157. f. 1.*

---

*) Asci in diversis speciebus pro more admodum variant (interdum nulli; et *Sph. disciformem* vidi nucleo, instar *S. acutae*, fere Melanconii!), sed facile dignoscitur typus ab Hypoxylorum diversus, v. c. in *S. stigmate* longissimi, tenuissimi, pellucidi; in *S. verrucaeformi* fusiformes, pedicello filiformi, in *S. flavovirescente* et *lata*, quae conveniunt, breves; sporidia pellucida, simplicia, nec opaca, bilocularia, ut vulgo in Hypoxylis. Sed character generis essentialis positus est in vegetatione prorsus diversa, stromate e matrice pro parte formato, nec discreto. Perithecia demersa, in collum elongata et frequenter in rostrum producta. Longe magis accedunt ad Valsas; *Trypethelium* inter Lichenes exacte respondet *Diatrypae*; *Parmentaria* s. *Pyrenastrum* Valsae; et cum illa genera ex eisdem characteribus gregem diversam sistunt a Verrucariis, *Diatrypen* et *Valsam* genere saltim a Sphaeriis movere necesse est. Species in diversis terris multo magis variant ac priorum generum, quare earum numerus ingens est. *Sph. velata*, *parallela* etc. stromate proprio carent.

2. *D. bullata.* (Ehrh.) 1—4. *S. S. 312. M. N. 866. B. 29.*
3. D. undulata. *(P.)* 1, 2. *B. n. 30. M. N. 371.*
4. *D. stigma.* (Hoffm.) 1—4. *S. S. 101. Fl. D. 2037. f. 2.*
— quadricocca — decorticata. *(Sow.) B. 32.*
5. D. rhytistoma. *Fr.* 3. Holmiae. *Sw.*
6. *D. disciformis.* (Hoffm.) 1—4. *S. S. 71. B. n. 32.*
7. D. aspera. *Fr.* 1, 2. — *B. n. 33.*
8. D. euphorea. *Fr.* 3, 4. Suec. bor.
9. *D. favacea.* Fr. 1—4. *S. S. 306. B. 32. exs, 172.*
10. *D. verrucaeformis* (Ehrh.) 1—4. *S. S. 74. B. 35.*
— parallela. *Sow. t. 394.* f. 4. ex B. *M. N. 867.*
11. *D. lanciformis.* Fr. 1—4. *S. S. 85. B. 40. Sow. t. 371.*
12. D. quercina. (P.) 1, 2. *S. S. 172. B. 39.*
b. Versatiles. *S. M. II. p. 359. (B. 38.)*
13. D. scabrosa. *(Bull.)* 1, 2. *S. S. 309. B. S. 171.*
— podoides *(P.)* — *Fl. Dan. t. 2038. f. 1. 2?*
14. *D. ferruginea* (P.) *S. S. 305. B. 41. Fl. D. 2152. f. 2.*
15. *D. flavovirens* (Hoffm.) *S. S. 222. B. 36.*
— multiceps (Sow.) *Sc. S. 45.*
16. D. aristata. *Fr.* Alp. Norveg. speciosa!
17. D. Hystrix. (Tod.) 1—3. *B. 43. M. N. 959.*
18. D. Ceratosperma. *(Tod.)* 1. r. *B. 42. M. N. 567.*
19. D. versatilis. *Fr.* 1, 2. Bleking.! Scan.
20. *D. strumella.* Fr. 1—4. *S. S. 115. B. 44. M. N. 960.*
21. D. insitiva *(Tod.)* 1. r.
22. D. conspersa v. Juniperi. Fr. 4. r. S. juniperi. *S. M.*
23. D. occultata. *Fr. El.* 1. S. sphaerococca. *W.*
24. D. verrucella. Fr. 3, 4. In boreal. fr.
c. *Effusae.*
25. D. prorumpens. *(Wallr.)* 2, 3. *S. S. 383.*
26. *D. lejoplaca. Fr.* 1—4. *S. S. 443, 112. b. B. 49. Sow. t. 374. f. 1.*
27. *D. lata* (P.) 1—4. *S. S. 112. B. 48.*
28. *D. milliaria. Fr.* 1—4. *S. S. 113.*
(D. decipiens. *Dec.* = S. floriform. *Sow.* t. 374. f. 1. B. 49.)
30. D. aneirina. *(Sommerf.)* 4. Lapp.
31. D. subcutanea. *(Wahlnb.)* 4. Lappon.
32. D. ligniota. Fr. 3, 4. Suec. bor. O.Goth.

(X. Endothia. *Fr.* *)

Valsa — *vide sub Cylisporeis.*

---

*) Colore rubro fulvove, habitu Tuberculariae, peritheciis cellulosis difformibus pallidis, ascis diffluentibus, facile distinctum genus, nobis exoticum, sed jam in Europa australi obvium v. c. *Sph. gyrosa* Schw. — et subgenus, tuberculo uniloculari, sistit *S. Tubercularia*

XI. Melogramma. *Fr.* *) Variolar. melogr. *Bull.*

1. M. homaleum. *Fr.* 1—3. *S. S. 382.*
2. M. campylosporum. *Fr.* 1, 2. *S. S. 441.*
3. M. fusisporum. *Fr.* 4. *M. N. 774.*
4. M. septosporum. *Fr.* 2, 4. *M. N. 771.*
5. M. Quercuum. *Schw.* 2. *M. N. 770.*
6. M. sordidum. (P.) — 2.
7. M. politum. *S. M. II. p. 426* 1.

XII. Dothidea. *Fr.* **)

a. *Erumpentes.* Genuinae.

1. *D. Ribesia!* 1—4 *S. S. 100. B. 1.*
2. D. Berberidis *Wlnb. Su. 1. Not. Micr. I. f. 9.*
3. D. Sambuci. (*Pers.*) 1. Scan. *Not. l. c. f. 8.*
4. D. Mezerei. (*Fr.*) 3. Wexiö, Smol.
5. D. Puccinioides. (*Dec.*) 1. Scan. Wr. Gunnarst.
6. *D. Vaccinii. Fr.* 2—4. *S. S. 326.*
7. D. pinastri. *Fr. 4. El. II. p. 123*
8. D. genistalis Fr. 1. Scan. in Sarothamno.
9. *D. latitans.* Fr. 2—4. *S. S. 281.*

\+ 10. D. Lichenum. *Sommerf.* 1—4.

b. *Subtectae*, recedentes! Sphaeriae *S. M.*

11. *D. Rosae.* (Schleich.) 1—4. *S. S. 308* Dichaenae init.?
12. D. rimosa. (*A. S.*) 1, 2. Getinge, Hall. *M. N. 963.*
13. *D. filicina.* Fr. 1—4. *S. S. 48* Sph. *S. M. B. n. 91.*
14. D. striaeformis. *Fr.* 1, 2. *S. S. 195. B. n. 94.*

Dec. Omnium horum generum characteres proxime plenius exhibeamus, examinatis multis speciebus exoticis.

*) Typus Variolaria melogramma *Bull.*, quae plures, ex ascis et sporis modo discernendas, species colligit. (In spec. Gallico asci fusiformes, sporidia globosa simplicia.) Medium inter Diatrypen et Dothideam, *peritheciis a stromate formatis* (vel potius peritheciis in stroma confluentibus) *apice subliberis*, *collo destitutis*, *nucleis irregularibus*, gelatina prosiliente (saepe cirrhosa) facile distinctum. Hinc Cytisporis quoque affinis, sed nuclei non circinantes. Ex Europaeis h. g. porro M. escharoides *El. p. 84* (non B.), dispar (*S. M. p. 366*), coenosum (*l. c. p. 426*), ut taceam plurimas exoticas v. c. e Carolina *Schw.*

**) *Nucleis* (diu farctis) *globosis*, in *Stromate* absque perithecio *immersis stipatisque*, *sed collo stroma perforantibus et papilla ostiolatis facillime ab antecedentibus dignoscuntur.* Omnes species simplices nunc distinguo (Cfr. *Stigmatea*). Genus vulgo male intellectum v. c. ab Ill. *Link*, qui hoc et *Leptostromata* et lacerando et speciebus spuriis cumulando prorsus obfuscavit. Lapsu potissimum calami Dothideis "*perithecium corneum*" tribuit Cel. Corda. Nostro exacte sensu eximie illustravit, tam hoc (*Micr. I. f. 8, 9*), quam *Leptostromatis* genus Cel. Notaris. — In terris calidioribus specierum numerus admodum auctus.

15. D. deusta. *El. p. 124.* — 1. Holmiae.
16. D. Anethi (*P*) 1—3. — *S. S. 193.*
c. *Innatae.* Genuinae.
17. *D. rubra.* (P.) 1—4. *S. S. 241. B. n. 4.*
18. *D. ochracea.* 1—4. *S. S. 191. B. n. 3.* *)
19. D. Ulmi. Fr. 1, 3. Holmiae! *B. n. 7.*
20. *D. betulina.* Fr. 1—4. *S. S. 144. B. n. 6.*
— Betulae nanae. *Wahl.* Norveg., Lapp.!
21. D. Heraclei. *Fr.* 3, 4 *B. n. 8.*
22. D. Podagrariae. (*Pers.*) 1, 2. *S. S. 192.*
23. D. Trifolii. (P.) 1. Sph. *S. M. B. 99. M. N. 1167.*
Subg. *Hypopteris;* perith. membranaceo, nucleo atro. (Asci hactenus frustra quaesiti.)
24. *D. Pteridis.* Fr. 1—4. *S. S. 67. M. N. 980.*
Incerti generis, priori affines:
25. *Sph. Junci.* Fr. 1—4. *S. S. 195. B. n. 93.*
26. *S. Graminis.* P. — 4. *S. S. 282. B. 98.*
27. S. Caricis. *Fr.* — 3, 4.
28. S. Gangraena. *Fr.* 3. M. N. 1166.

+++ *Stromate nullo, sed saepe mycelio tuberculoso, crustoso, byssaceo l. maculari etc. insidentes.*

XIII. Nectria. *Fr.* **)

a. *Caespitosae.*

1. N. ochracea. (*Grev.*) 1. S. chrysites *Wallr.* B. 78.

---

*) Haec et prior, addita *Hypocrea typhina*, Polystigma P. sistunt. Nonnihil quidem a seqq., nullo pacto a Dothideis removendis, recedunt; at non genere movendae. In statu perfecto *ascigerae* sunt (Cfr. *Kunz. Myc. Heft.* 2. t. 1. f. 16) et *D. Rhytismoides* omnino mediam rationem praebet. — Species innatas ad Phyllosticteos facile duceres, at collo ostiolisque papillatis clare differunt. *Ascoxyta* est genus prorsus mixtum; ex optima parte pertinet ad Septoriam.

**) Peritheciis *liberis*, *membranaceis* (neque *corticatis* nec pruina velatis) *flaccidis*, *laete coloratis*, *papilla pallida*, *nucleo fluxili pallido guttae l. floccorum alborum instar expulsae*, ascis 8-sporis sporisque pellucidis — a genuinis Sphaeriis facile dignoscuntur, analogiam cum *Cordicipite* et *Hypocrea* praebentes. — At in praesente generis Sphaeriarum statu ab eisdem aegre limitantur, licet *colore* facile dignoscantur. — Plurimae accedunt exoticae species v. c. ex Europaeis *Sph. Aurora* Fr. *puniceа* Schm. *Sph. Aquifolii* Fr., *B. n. 80. M. N. 879! S. Leveuxii* Fr., *S. Trichoderma* Hoffm., *S. fulva* Fr., *B. S. 182. affinis* Grev. B. 124. *platasca* Berk. n. 125, *testacea* Fr., *S. stipata* Lib. *S. Lamyi* Desm., *S. laevigata* Fr., *delicatula* Fr. c. pl. nov. *S. decora* W. conferatur cum S. sanguinea v. cicatricum. *B. S. 25.* Asci et sporae pro more multum variant, a *Sph. Curcurbitula* et *sanguinea* ascis tenuissimis linearibus, sporis simplicissimis (fere Tympanidis) l. clavatis, sporis elongato-filiformibus *(Sph. coccinea)* ad *Sph. platascam*, ascis late clavatis, sporis septatis.

2. *N. cinnabarrina.* (Tod.) 1—4. *S. S. 184. B. 77.*
3. *N. coccinea.* (*P.*) 1—4. *S. S. 77. B. 79.*
4. N. Cucurbitula. (*Tod.*) 3, 4. *S. S. 263. B. S. 174.*
5. N. sinopica. *Fr.* 3. *B. S. 97.*
   b. *Byssisedae.* (Cfr. Sph. thelena!)
6. *N. aurantia* (P.) 1—4. *S. S. 312. B. 107.*
   — fulgens. *Fr.*
7. N. rosella. Alb. Sch. 1—4. *B. n. 108.*
8. N. parasitans. *Fr. n. sp.* 3.
9. N. violacea. *Schmidt.* 4 Femsjö, semel!
10. N. rhodomela. *Fr.* 2. r. *Fl. D. 2154. f. 2.*
   c. *Villosae.*
11. N. flavida. Cord. 2. Trolleholm.
12. N. xantholeuca. *Kunz.* 4! Femsjö.
   d. *Denudata.*
13. N. citrina. *Fr.* — 3, 4. Sph. Citrum *Wallr.*
14. *N. Peziza.* (Tod.) 1—4. *S. S. 235. B. 122.*
15. N. Resinae. *Fr.* 3!, 4. *S. S. 37.*
16. *N. sanguinea.* (Sibth.) 1—4. *S. S. 265. B. n. 125.*
17. N. mobilis. (*Tod.*) 2? Sph. umbrina. *B. 127.* nec Fr.
18. *N. episphaeria.* (Tod.) 1—4. *S. S. 265. B. 125.*
   — media. Fr. *S. S. 127.*

XIV. Sphaeria. *Auctt. pr. p.* *)

Ser. I. Superficiales. *Omnes spec. nobiliss.!*

a. Byssisedae. *S. M. II. p. 439.*
— 1. S. thelena. *Fr.* 2! *S. S. 49. B. n. 109!* (albo-villifera!)
2. *S. aquila.* Fr. 1—4. *S. S. — B. 110. S. 180.*
3. S. byssiseda. *Tod.* 1, 2.
4. S. flavescens. *Fr.* 4.
5. S. alligata. *Fr.* 4. *S. S. 348.*
6. S. tristis. *Tod.* 1, 2. *S. S. 386. B. S. 181.*
7. S. atrofusca. Fr. 3. n. sp.

---

*) **Perithecia carbonacea** (atra, sed a velo saepe extus colorata v. c. *Sph. ovina* alba), *velo l. a matrice obtecta* (illa superficialia saepe bicorticata quasi, haec quo magis immersa eo tenuiora; remanente tamen) *papilla, interdum rostrata, indurata atra ostiolata.* Asci vulgo octospori, immixtis paraphysibus, sporis (normaliter septatis l. cellulosis, at saepe simplicibus) pulveris instar explosis. (Sph. pulverulentae *Tode*). Vastissimum hoc genus, olim ulterius subdividendum, admodum quoad characteres variat; at ex ascis et sporis *naturalia*, nisi singulas modo species e serie sua divellerem, frustra quaesivi. Majoris momenti in peritheciis differentiae, sed hac e situ superficiali vel obtecto pendent, ita ut *bicorticatae* in Pertusis superne modo crustam exteriorem monstrent, et in plene immersis papilla tantum carbonacea restet. Species novas describere loci angusties vetat; indico quasdam tantum in summis et optime explicatis tribubus.

8. S. biformis. *Pers.* 1—3. B. 116.
9. S. Racodium. *Pers.* 2! *S. S. 310. B. 117.*
10. S. depilata. Fr. 4. rar.
b. Villosae. *S. M. II. p. 446.*
11. *S. ovina. P.* 1—4. *S. S. 149. Sow. 219. B. 112.*
12. S. eumorpha. *Fr.* 3. n. sp.
13. S. mutabilis. *P.* 2.
14. S. endochlora. *Fr.* 4. n. sp.
15. S. *canescens*. P. 2! — 4. *S. S. 50. B. 114. S. 301.*
16. *S.* strigosa *A. S.* 4. Femsjö! *B. 115.*
17. S. tephrotricha. *Fr.* 4. r.
18. *S. hirsuta. Fr.* 1—4. *B. 118.*
19. S. crinita. P. 2! *S. S. 124.*
20. S. hispida. *Tod.* 1, 2.
21. S. calva. *Tod.* 2. *B. 121.*
** *herbicolae.*
22. S. equina. *Fr.* 1. Scan. Cfr. Mont. Ann. Sc. N. 1838.
23. S. larvata. *Fr.* — 4.
24. S. pellita. Fr. 3, 4. *B. n. 170.*
c. Denudatae. *S. M. III. p. 452.*
— 25. S. (Bombardia) fasciculata. 1—4. *S. S. 260. B. 131.* *)
26. *S. spermoides.* Hoffm. 1—4. *S. S. 237. B. 132.*
— obducens. *Schum.* — stannea. *Fr. El.*
27. S. incrustans. *P.* 1. r.
28. S. confluens. *Tod.* 4.
29. *S. botryosa.* Fr. 1—4. *S. S. 112. B. 26.*
30. S. uliginosa. *Fr.* — 4.
31. S. stercoraria. *Sow.* 1—4. *B. n. 130.*
32. S. mammaeformis. P. 1, 2. *S. S. 387. B. 129.*
33. *S. pomiformis.* P. 1—4. *S. S. 236. B. 128.*
34. S. seriata. P. 2, 4. *S. S. 267.*
35. S. sordaria. Fr. 3, 4! *S. S. 270.* **) *B. 133.*
36. S. rhodopis. 4. Suec. boreal. n. sp.
37. S. ovoidea. *Fr.* 4. Lign. Querc. rar.
38. *S obducens. Fr.* (non Schum.!) 1—4. *S. S. 119. E. S. 100.*
39. *S pulvis pyrius.* P. 1—4. *S. S. 312. B. 135.*
40. S. atramentosa. *Fr.* 3, 4. *S. M. p. 344.*
41. *S. pulveracea.* Ehrh. 1—4. *S. S. 121. B. 136.*

---

*) Sui generis typus, *peritheciis corneis verticalibus e mycelio repente surgentibus, nucleo pulveris albi instar exploso*, ascis clavatis longe pedicellatis sporisque pellucidis; at proxime affinis est *Sph. spermoides* ascis filiformibus acutis, sporis simplicibus globosis pelluc.

**) A *Sph. Aspegrenii* aliisque facile commutatis dignoscitur ascis linearibus pellucidis, sporidiis oblongis obscuris septatis.

42. S. myriocarpa. Fr. 1—4. *S. S. 313. B. 137.*
d. Pertusae. *S. M. II. p. 460. * lignatiles.*
43. S. araneosa. *Pers.* 2. (An junior forma?)
44. S. umbrina. *Fr.* 1, 2. *Not. Micr. II. f. 2.*
45. S. papillata. *Schum.* 1.
46. S. mycophila. Fr. 4. r.
47. S. umbonata. Fr. 2—4.
48. S. applanata. Fr. 2. *S. S. 388.* S. platycona *Wallr.*
49. S. picastra. *Fr.* 3, 4! *S. S. 123.*
50. S. capnoides. 4. n. sp.
51. S. seminuda. *P.* 2. Ostrogoth.
52. S. pertusa. P. 3, 4. *S. S. 389. B. 138.*
53. S. Aspegrenii. Fr. 1, 2. *Bleking.*
54. S. vilis. *Fr.* 1. 2. *B. S. n. 184.*
55. S. surculi. *Fr.* 1.
*** corticales.*
56. S. mastoidea. *Fr.* 1. *B. S. 183.*
57. S. atriseda. *Fr.* 1. Reften Scan. n. sp.
58. S. pyrenula n. sp. *2—4.*
59. S. Verrucaria. *Fr.* 3, 4.
60. *S. nucula.* Fr. 1—4. *S. S. 230. B. 139.*
**** recedentes.*
61. S. bolbitia. *Fr.* 4. In excrem. Urogalli. *)
62. S. laevata. *Fr.* 4. Genus obscurum, forte Glutin.
63. S. socia. *Nees.* 4.
64. *S.? epidermidis. Fr.* 1—4. *S. S. 19, 393. B. S. 186.*

Ser. II. Erumpentes. (Cucurbitaria. *Grev.* **)

c. *Caespitosae.* S. M. II. p. 411.
65. R. Ribis. *Tod.* 1. Lund. etc. r.
66. S. Laburni. P. 1. copios. *S. S. 34. M. N. 873.*
— minor. Sph. baccata. Wallr. *B. 81.*
67. S. populina. *P.* 3, 4. *B. S. 96.*
68. S. Micheliana. *Fr.* 3, 4. Rara, insignis!

---

*) Sub *S. stercoris* in El. notavi, et vera Sphaeria, adeoque a Hormospora stercoris *Not.* diversa.

**) Maxime caveas, ne has cum Compositis confundes; stroma spurium est, mere accidentale l. semper nullum ut in *Sph. Micheliana.* Occurrunt etiam perithecia solitaria. — Haec etiam frequens ratio inter Confluentes, quas igitur nullo modo ab Obturatis separare licet Cfr. S. S. 53 et 252! Omnes difficultates in Sphaeriis disponendis ortae sunt e confusione Confluentium cum vere Compositis. At gravissime errant, qui negligunt situm peritheciorum primarium; superficialem, inter epidermidis membranas, sub epidermide, in cortice interiori, in ligno etc. Hac differentiae omnibus aliis longe graviores sunt.

69. S. Rhamni. *Nees.* 4.
70. S. conglobata. *Fr.* 1—4.
71. S. inversa. *Fr.* 4. Ostiol. umbilicato abnormis.
72. S. cupularis. P.! 1, 2. *S. S. 231. B. S4. non M. N. Fl. D. 2157.*
73. S. acervata. *Fr.* 4. *B. S. 98. exs. 174.*
74. S. dioica. *Fr.* 1, 2. *B. n. 82.*
(** herbicolae, *S. nidulus* Sav. *conglomerat. El.* nobis desunt.)
d. *Obturatae.* S. M. II. p. 490. sect. 1. *)
75. S. pityophila. *Kunz.* 4! Nobiliss. *S. S. 343.*
76. S. elongata. *Fr.* 1. Abunde. *S. S. 33. B. 89. M. N. 875.*
— Coronillae — simplex. *S. S. 232.*
(S. fuliginosa P. *B. 90* — Cenangium.)
77. S. Dulcamarae. *Schmidt.* 1. Var. simplex.
— 78. *S. scoriadea.* Fr. 2—4. *S. S. 344. B. S. 176.*
79. S. prosiliens. *Fr.* 3, 4. *n. sp.*
80. S. sapinea. *Fr.* 3! 4. *S. S. 126.*
81. S. Ericae. *Fr. El.* 1. Halland. *Cfr.* Gibb. obtur.
82. S. protrusa. *Fr.* 1. *S. S. 311.* Scania. (Cfr. S. micul. *El.*)
83. S. tenacella. *Fr.* 1, 2. Ad frutic. exot. an indig.?
84. S. Lonicerae. *Sow.* 1—4. Suec. occid. *S. S. 349. B. 160.*
** *herbicolae.* (Sph. Dolioli var.)
85. S. arundinacea. *Sow.* 1, 2. *B. 95.*
86. S. linearis. *Nees.* 4. Affin. S. grammodi. *Not. II. f. 4.*
87. S. Olerum. *Fr. El.* 1. S. Brassicae. *B. n. 113.*
88. S. Galii. *Guep. Fr. El. 1. S. S. 404. M. N. 1171.*
89. S. caulifraga. Fr. 2, 3. S. S. 373.
90. S. culmifraga. *Fr.* 1—4. *S. S. 323. Sow. t. 323. f. 3. B. 179.*
e. *Lophiostomae.* S. M. II. p. 467.
91. *S. excipuliformis.* Fr. 1—4. *S. S. 88. M. N. 1164. B. 140.*
92. S. diminuens. *P.* 1. Scan. *S. S. 447.*
93. S. crenata. Fr. 1, 2. r.
94. *S. macrostoma.* Tod. 1—4. *S. S. 345.*
95. S. angustata. Pers. 2—4.
96. *S. compressa.* P. 1—4. *S. S. 89.*
97. S. curta. Fr. 3, 4.
** *herbicolae.*
98. S. caulium. *Fr. 1—4. S. S. 405.*
99. S. prominula. *Fr.* 1, 2.
100. S. Arundinis. Fr. 1—4. M. *N. 1172. B. S. 27. exs. 87.*

---

*) Confluentes *S. M. II p. 419*, quatenus Sphaeriae, non differunt, sed plures ex his et altera sectio Obturatarum nunc ad Diplodias et Hendersonias referuntur. — *Sph. elongata* ob nexum cum Sph. Laburni, sporae utriusque multiloculares simillimae, ad Caespitosas facile duceres.

f. *Ceratostomeae.* S. M. II. p. 471. *)
101. S. haematorhyncha. *Sommerf.!* 4. Salten.
102. S. rostrata. *Fr.* 2.! *S. S. 116.*
103. S. subulata. *Fr.* 3, 4. S. rostrata. *Tod.?*
104. *S. stricta.* P. 1—4. *S. S. 148.*
105. S. obliqua. Fr. 4. *S. S. 315. Fl. D. 2039. f. 3.*
106. S. cirrhosa. *P.* 3! 4. *S. S. 346. B. n. 142.*
107. S. pleurostoma. *Kunz.* 4. S. obliquata. *Smfl.*
108. S. cuspidata. Fr. 2. *S. S. 117.*
109. S. brevirostris. Fr. 2—4. *S. S. 390. Fl. D. 2040. f. 1.*
** perith. tenuibus, ostiolo capillari. An *Ceratostoma?*
110. *S. pilifera.* Fr. 1, 3, 4! *S. S. 25. B. 141.*
* capillata. *Fr.* * pinastri. *Nees.*
111. S. dryina. *P.* 1—3.
112. S. microscopica. *Fr.* 1—3.

Ser. III. Subtectae.

g. *Immersae.* Obtectar. sect. 1. *S. M.*
* *endoxylae.* Cfr. Massariam.
113. *S. spinosa.* Pers. 1—3. *S. S. 111. B. 45.*
114. S. tortuosa. 1, 2. Trunc. Salicis Scan.
115. S. lineata. *A. S.* 4.
116. *S. parallela.* Fr. 1, 3, 4! *S. S. 3. Cord. IV. f. 125. — Fl. D. 2038. f. 3.*
117. S. hiascens. *Fr.* 2. Valde affin. *S. spinosae.*
118. S. astroidea. *Fr.* 3, 4.
119. *S. ectypa.* Fr. 1—4. *S. S. 15, 447. B. 144. Exs. 178. M. N. 967.*
120. S. operculata. Fr. 3. 4! *S. S. 268.* (Asci nulli!)
121. S. taphrina. *Fr.* 2. (Cfr. *B. S. 268.)*
122. *S. livida.* Fr. 1—4. *S. S. 316. B. n. 145.*
** *endophloeae* (scil. cortici interiori immersae.)
123. S. velata. *P.* 1, 2. *S. S. 225. B. S. 19.*
124. S. Xylostei. *Pers. disp.* 1, 2. *S. S. 189. B. 156.* **)
125. S. eunomia. *Fr.* 1, 2.
126. S. tessera. *Fr.* 1—4.
127. S. dolosa. *Kunz.* 1, 2.
128. *S. decedens.* Fr. 1—4. *S. S. 81. B. S. 24.*

---

*) A genere Ceratostomate, infra, vix rite limitandae. Perithecia demum fere nuda, sed in plerisque primitus immersa. Species rostratae, semper vero immersae, ad sequentem tribum pertinent- et sub epidermide liberae nidulantes ad Caulicolas.

**) Diplodiam vulgo refert, sed ut Sph. Oleae et plures alias veras Sphaerias censeo ob perithecia in collum elongata. Simillimas sporas vidi in variis v. c. Dothidea Puccinoide, primitus vero ascis receptas.

*** *endocaulae.* (S. orthoceras aff. *n. 131, 132.)*
129. S. spiculosa. P. 1, 2. *S. S. 307. B. 47.*
130. S. curvirostra. *(Sow.?)* Fr. 1, 2.
131. S. acuminata.. *Sow.* 1—3. *B. S. 189.* *)
132. S. inquilina. *Fr. El. S. S. 409. B. 183. Not. II. f. 3.*
133. S. Angelicae. *Berk. S.* 28. t. 3. f. 7. Suec. boreal. cop.
134. *S. scirpicola.* Dec. 1—4. *S. S. 150. B. 180.*
**** *Endophyllae* (fol. perenn.) gen. incert.
135. *S. pinastri. Fr.* (non Dec.!) 1, 3, 4. *S. S. 190. B. 159.*
136. S. Cytisporea. Fr. 3, 4. *S. S. 290.*
h. *Obtectae.* Corticolae. S. M. II. p. 480. **)
* *rameales.* Cfr. Halonias, Hercosporas.
137. S. (Enchnoa) lanata. *Fr.* 3, 4. *S. S. 159. B. S. 185.* ***)
138. S. floccosa. Fr. 1. Minime ad Byssised.
139. S. oppansa. Fr. 3.
140. *S. pruinosa.* Fr. 1—4. *S. S. 82. B. 153. M. N. 968.*
141. S. Cerasorum. Fr. 1, 2. *S. S. 392, 393.*
142. S. vibratilis. *Fr.* 1—4. *S. S. 315. B. 150.*
143. S. millepunctata. *Grev.* 3, 4. *S. S. 391.* S. cortic. *Sow.* B. 149.
144. S. salicella. *Fr.* 1, 2. *S. S. 188. B. 148.*
145. S. paetula. *Fr.* 1.
146. S.? hirta. Fr. 1. *S. S. 17.*
** *herbicolae.*
147. *S. herpotricha.* Fr. 1—4. *S. S. 52. B. S. 26.*
148. S. culmicola. *Fr.* 3, 4. *S. M. II. p. 430.*
* S. nigrens. Rob. ap. *Desmaz.*
149. S. lirella. P. 1, 2. *S. S. 445. B. 169. exs. 37.*
150. S. nebulosa. P. 1—4. *S. S. 197. B. 96.*
i. *Caulicolae.* S. M. II. p. 505. †)
151. S. rostellata. *Fr.* 1, 2. *B. n. 143.*

---

*) Ab auctore *S. Carduorum Wallroth* indefinitam et anonymam accepi.

**) Sphaeriae Obtectae inter corticem interiorem et epidermidem, per quam ostiola erumpunt, liberae nidulantur, cortici avulsae vulgo adhaerentes. Hinc differunt ab Immersis endophloeis cortici interiori immersis et ligno vulgo adnatis.

***) Nobilissima haec species speciosi et distinctissimi generis, *Enchnoa* dicti, typum exhibet! Nuclei maximi, semper fluxiles, limpidissimi, primitus in villo ut guttae gelatinosae nidulantur absque perithecio, quali vero tenuissimo et membranaceo villoso demum vestiuntur, siccitate collabente. Et ob unicam speciem modo cognitam et locum systematicum difficilem (ex affinitate est Cytisporea, sed non e charactere) hoc loco inter Sphaerias relinquo.

†) Ad *Caulicolas* tantum referendae caulium parti lignosae adnatae, sub epidermide liberae. Quae in caulibus plantarum nudae na-

152. *S. acuta.* Hoffm. 1—4. *S. S. 118. B. n. 175.*
153. S. trichostoma. *Fr.* 4. r. at insignis.
154. *S. coniformis.* Fr. 1—4. *B. S. 190.*
155. S. nitida. *Weinm.* 1—4. —? S. Scrophul. *Desm. B. 182.*
156. *S. Doliolum.* P. 1—4. *S. S. 321. B. 177.*
157. *S. Pisi.* Sow. 1—4. *S. S. 322. B. 178.*
158. S. Lingam. Tod. 1. Scan. r.
159. *S. complanata.* Tod. 1—4. *S. S. 36, 407. B. 176.*
— minor. *Scl. S. 408. B. exs. 288.*
160. S. deplanata. *Fr.* 1. *S. S. 406.*
161. S. calvescens. *Fr.* 1—3. *S. S. 401.*
162. S. nigrella. *Fr.* 4. Priori affin.
163. *S. rubella.* P. 1—4. *S. S. 240. B. 174. exs. 252.*
164. *S. herbarum.* (P.) *Fr.* 1—4. *S. S. 38. B. 181.*
* S. Corni Suecicae. 4. *S. S. 409. B. 184* et plures pusill.

k. *Foliicolae.* S. M. II. p. 513. *)

* *rostellatae.*

165. S. fimbriata. P. 1. *S. S. 242. B. 100. Exs. 36.*
166. S. Coryli. *Batsch.* 1—4. *S. S. 201. M. N. 877. B. S. 101.*
167. S. cilicifera. *Fr.* 1. Scan. (Affin. S. Avellanae. *B. S. 101.*)
168. *S. tubaeformis.* Tod. 1—4. *S. S. 26. B. 188.*
169. S. Gnomon. *Tod.* 1—4. *S. S. 285. B. 189.*
170. *S. setacea.* Pers. 1—4. *S. S. 286. B. 190. M. N. 1173.*
171. S. Solani. Pers. 1—4.

** *Conostomae.* (S. Ulmea, muricella.)

172. S. Polygoni. *Fr.* 1. Polyg. amph. caules et petiol.
173. S. Chamaemori. *Fr.* 4.

*** *Sphaerostomae.*

174. S. sentina. *Fr.* 1, 4. (Affin. S. Potent.)
175. S. alnea. *Fr.* 4. *S. S. 59.*
176. S. Grossulariae. Fr. *S. S. 57.* Potius Diplod.
177. S. allicina. *Fr.* 1.
178. S. duplex. *Sow.* 1, 2. *B. 191.*
179. *S. Nardi.* Fr. 1—4. *S. S. 85.*
180. S. ~~recutita. *Fr.*~~ 1, 2. etc. *B. 194.*
lucubris Desmaz.

---

scuntur ad primam seriem pertinent, crumpentes ad alteram. Quae in lignosa caulium parte nascuntur detrusae ad Immersas pertinent et cum epidermide conjunctae ad Obtectas.

*) Restixi hanc tribum ad species peritheciis, in folii substantia nidulantibus, perfectis nec e folii substantia formatis; nec vere innatis, ostiolis distinctis erumpentibus. Hoc modo Sphaeriae genus excludit omnes formas vere innatas et quisquiliares, ad *Phyllosticteos* relegatas. Asci v. c. *S. setaceae*, oblongata, sporulis inordinatis ad Ascosporae sporidia accedunt.

* Sphaeriae recedentes; *ostiolo haud prominulo.*

a. Bertia. *Notar. in Bot. Journ. Ital. I.* *)

Perithecia subverticalia, carbonacea, ostiolo impresso poroso-coarctato, nucleo gelatinoso. Asci fixi, diffluentes, sporis fusiformibus elongatis septatis.

181. *B. moriformis.* (Tod.) 1—4. *S. S. 125. B. p. 265.*
— clavaeformis. *Sow. t. 337.* — rubiformis. *Sow. t. 373. f. 3.*

182. B. hirtella. Fr. 4. r. Priori minor, pilosella.

b. *Gibberidea*, caespitosae l. protusae, e ceraceo carbonaceae, astomae, ascis sporisque, multicellulosis, *Sph. Laburni* etc. — in 186 sporae simplices ascique tenues.

183. *S. Berberidis.* P. 1—4. S. S. 35. B. p. 253.

184. S. varia. P. 3. r. W.goth.

185. S. Spartii. 1. Scan. *S. S. 234.*

186. S. palina. *Fr.* 3, 4. *M. N. 878.*

c. *Pirostoma.* Perithecium carbonaceum, primo tectum, dein erumpens, liberum, ore pertuso umbilicato. Sporae ascis linearibus paraphysophoris receptae.

187. P. politum. *Fr. M.* (Sphaeria) — 1, 2.

188. *P. maculare. l. c. p. 502.* 1—4. *S. S. 87. Cord. II. 101.*

189. P. eustomum. *El.* (sub Sph.) 3.

— 190. *P. circinans.* (Nees sub Coniosp.) — 1—4. **)

d. *Sphaerella*, subinnatae, at perithecia a matrice secernibilia, demum umbilicata. *In foliis aridis.* ***)

191. S. fagicola. *Fr.* 2. r. *S. M. p. 529.* Vera Sphaeria, fere superfic.

192. S. Depazeoides. *Fr.* 3, 4. In fol. Quercus — Var. *S. S.*

193. S.? leptidea. *Fr.* 3, 4. *S. S. 13.*

194. *S. maculaeformis.* P. pr. p. 1—4. *S. S. 20.*

---

*) A Sphaeriis vix recedit ostiolo impresso, a Dichaenaceis eodem arcte coarctato, a Perisporieis ascis sporisque (priorum) valde elongatis. Ascos a *Schmidtio in Myc. Heft.* 2 pictos esse sporas in Flora Scanica jam observavi; veri asci ut in aliis cito diffluunt. Sporas vero *Schmidtii* icon optime sistit; nobis sunt fusiformes, pellucidae, pluries septatae, nec biloculares tantum ut in *Gibbera glaucina* subsimili. — *Roselina* l. c. facile Sphaeriae typus!

**) Utique haec species a prioribus differt situ superficiali etc., at cum Sphaeriis genuinis neutra conjungatur, tam vegetatione, quam ostiolo nucleoque recedentibus. Sed *Pirostoma* (a πειρω) facile proprium genus, nisi caveamus, ne genera nimis multiplicentur.

***) Sphaerias epiphyllas, cujus species infinitas novas omittimus, ad definita genera referre studuimus. Quae hoc loco citantur, perítheciis, nucleo, ascis etc. cum Sphaeriis omnino conveniunt (S. leptideae analysis fida nondum successit), indeque a Phyllosticteis differunt, licet utriusque species sub eodem nomine frequenter commutantur.

195. *S. punctiformis.* Fr. 1—4. *S. S. 58, 86. B. 196.*
196. S. myriadea. *Dec.* 1, 2.
197. *S. recutita.* Fr. 1-4. B. 194. (N. 180 lege S. lugubris. *Desm.*)

XV. Ceratostoma. *Fr. Obs.* *)

Perithecium membranaceum, molle, ostiolo subulato-rostrato apice penicillato. Nucleus gelatinosus, ascis mox diffluentibus, in quibusdam numquam observatis, sporis simplicibus erumpentibus rostrum coronantibus.

1. *C. chionaeum.* Fr. Obs. 2. — 1, 3. 4! *S. S. 24. Cord. ic. 1. f. 297 B.* (— Zamiae. *Cord. l. c. A.*)
2. C. caprinum. *Fr.* 2. *Fl. Dan. 1859. f. 2.*
3. C. leucophaeum. *Fr. El.* 3. Sporis fuscis distinctum.
4. C. lagenarium. (P.) 3, 4. Sporar. globulo flavido.
5. C. Stilbum. *Schm.* 1, 2. Eodem albo.
6. C. vitreum. *(Corda Ic. 1. f. 297. D.)* 1. 2. *B. S. 196. exs. 189.* (H. I. C. verniceum. *Desmaz. Ann. IX.* vix a C. leucophaeo diversum; C. lucifugum *Jungh. Linn.* etc.)

(Subg. Scopulina *Leveill.* subinnatae. S. barbata P.)

XVI. Massaria. *Notar.* **)

Perithecium subcarbonaceum, in ostiolum papillatum attenuatum. Nucleus gelatinosus, farctus paraphysibus et ascis vertice dehiscentibus et explodentibus sporas nigras septatas, cum gelatina profluentes et foede atroinquinantes.

1. M. crustata. *Fr.* 1, 2. *S. M. II. p. 376.*
1. M. foedans. *Fr.* 3, 4. *l. c. p. 480. Corda apud Sturm. t. 54?*
3. M. crypta. Fr. 1, 2. *l. c. p. 479.*
4. M. inquinans. *(Tod.)* 1, 2. *S. S. 394. B. 154.*
5. M. squalens. *Fr.* 1, 2. *S. S. 395.*

---

*) Quando *S. chionaeam* legebam, mox pro novi generis typo habui = Ceratostoma *Obs. Myc. II.*; dein vidi summum nexum cum variis Sphaeriis rostratis, nullo modo distinguendis. Ob has rationes ad Sphaerias in S. M. reduxi, et adhuc limites vacillant, nam Sphaeriae n. 110—112 aequo fere jure huc ducendae. Interea hoc et sequentia subgenera recentiorum suasu seorsim proposui, praemonens simul intimum nexum cum Sphaeronaemate; hujus enim species perithecio globoso a rostro abrupte discreto a Ceratostomatibus separare non licet. Nomen *Melanosporae* Cord. in primam speciem modo quadrat, quare antiquius nomen servandum finximus.

**) Ut prius genus quasi aberratio Sph. Ceratostomearum, hoc Immersarum. *Spilobolus* Link. idem est genus, sed parum notum; et *Sphlanchnonema* Cord. cum *M. foedante* adeo convenit, ut non dubitem ejusdem sistere var. confluentem. Dubia tantum movent synonyma prisca hujus et multorum aliorum generum neglecta. *M. inquinans* in terris calidioribus in plures species abire videtur; in borealibus admodum rarescit.

Subg. Hypocopra. Sporis opacis, at non septatis. *)

1. *H. fimeti.* P. 1—4. *S. S. 269.* B. 51.
2. H. merdaria. *Fr. El.* 3. (Perith. membranac.!)

XVII. Hercospora. *Fr.* **)

Perithecium subcarbonaceum cupulare, apertum, superne tela et cortice tectum, discolor, *papilla heterogenea* erumpente. Asci, paraphysibus mixti, elongati, sporis obscuris opacis septatis.

1. *H. pupula. Fr.* 1—4. *S. S. 16, 317.* Sph. pupul. *S. M. B. 151.*
2. H. Carpini. *Fr.* 1. S. urceolata. *Wallr.?*
3. H. circumscissa. (P.) 1—3. *Fl. Dan. t. 2090. f. 2.*
4. *H. rhodostoma.* (Alb. Schw.) 1—4. *S. S. 83.*
5. H. erythropyrenia. Fr. 4. Nucleo rubro distincta.

— 6. H. oculata. *Fr.* 1, 2.

XVIII. Halonia. *Fr.* ***)

Perithecium integrum, obtectum, membranaceum, nucleo gelatinoso per discum heterogeneum coloratum in collum perducto et ostiolo atro terminato. Asci tenelli, sporis fusiformibus pellucidis septatis.

1. H. cubicularis. Fr. 1—4. sed r. *S. M. p. 381.*
2. H. subscripta. Fr. 1. *S. S. 187.*
3. H.? ocellata. Fr. 1—4. *Sow. t. 394. f. 4. B. 147.*
4. *H. ditopa.* Fr. 1—4. *S. S. 84.*
5. H. Equiseti. Fr. 4. *S. M. p. 506. n. 462.*

[*Subg.?* Robergia. *Desm. Ann. Sc. N. 1847. p. 177.* Ascis sporisque (continuis sporulosis) longissimis filiformibus.]

XIX. Pyrenophora. *Fr.* †)

Nucleus *serotinus*, grumoso-gelatinosus, in stromate ceraceo-indurato (Sclerotioideo), perithecii vices gerente, immer-

---

*) Ne genera nimis multiplicentur, has h. l. subjunxi, licet et a typo et inter se admodum recedant.

**) Admisso priori genere, has quoque a Sphaeriis movere necesse est. In utroque genere rapide resorbentur asci, quo facile pro Hendersoniae sumuntur, at sporae liberae sunt, licet in Pupulis profluentes et inquinantes haud viderim.

***) Prima species a reliquis adeo recedit, ut vix ullus inventorum Sphaeriaceam recognoverit, reliquae Cytisporam simplicem exacte referunt. Sistunt vero, strictius dictu, aberrationem Sphaeriarum Obtectarum; a Discotremate *Sph. ocellata* aegre divellitur; charactere vero peculiari, stromate a peritheciis discreto tuberculi- l. disciformi, omnes coguntur. In *H. ditopa* asci sat ampli, lanceolati, sed tenerrimi; sporae fusiformes pellucidissimae, primo eseptatae, dein 2-, tandem 4-loculares. In *H. cubiculari* iis Sph. lividae similes, tenelli, filiformes.

†) Singulare et affinitatis incertae genus, cui plura exotica habemus affinia. Cfr. *Dothioram.*

sus. ostiolo tarde prominulo. "Asci firmi. sporis opacis multiseptatis" *Berk. Suppl. Vol. VI. t. 11. f. 8.*
— 1. P. paradoxa. *Fr.* 1. (Nucl. pallidus) *S. M. p. 549.*
2. P. inclusa. (*Kunz.* sub Sclerot.) 1.
3. P. phaeocomes. *Reb.* 1, 2. *B. n. 185. Grev. Scot. t. 69.*

XX. Saccothecium. *Fr.* *)

Perithecium integrum, obtectum, poro pertusum, includens sacculos ovales pellucidos paraphysibus fasciculatis cinctos ascisque (secundariis) liberis sporiferisque farctos.

1. S. saepincola. *Fr.* 1, 2. *B. 164.*
— Corni. *Mont. Ann. Sc. N. 1834. t. 13. f. 6.*

††† *Scutato-dimidiati, epiphylli.* **)

(XXI. Pemphidium. *Mont. Cent. II. p. 47. t. 19. f. 8.* Perithecium dimidiatum, scutiforme, innatum, ore papillato. Nucleus gelatinosus, ascis fusiformi-acicularibus octosporis paraphysibus stipatis, sporis simplicibus fusiformibus.)

(XXII. Micropeltis. *Montagn. Cub. p. 325. t. 12. f. 6.* Perithecium dimidiatum, scutatum, poro centrali apertum. Asci clavati erecti, sporis septatis hyalinis. ***Mihi haud cognitum,*** quare de loco incertus sum.)

B. **Dichaenacei** s. *Chaenostomi.* ***)

† *Perithecia stromate heterogeneo recepta.*

(XXIII. Cyttaria. *Berkl.! in Act. Linn. Soc.* †) Stroma carnoso-gelatinosum, hemisphaericum. Perithecia

---

*) Plenius exposui structuram in libro *Bot. Utflygt. I. p. 265,* iconem ad meam expositionem dedit *Mont. l. c.* sub Sphaeria Corni. Nucleus ater, intus paraphysibus copiosis floccosus, in *statu normali* includit 1) cellulas matricales simplices s. ascos primarios 2) illi ascos secundarios elliptico-fusiformes s. sporidia 4-sepsata l. 4-spora 3) hi iterum sporas globosas, 4) sporulis farctas.

**) Radius versus Phyllosticteos, sed perithecio et ostiolo hoc loco citandi videntur. Analogia Parmulariae, Microthyrii et Sacidii insuper manifestissima. Perithecia *Pemphidii* exacte Sphaeriarum pertusarum v. c. *Sph. picastrae*, modo innata. — *Pemphidium* quoad perithecii figuram et nuclei situm exactissime refert *S. scutiformis* El. p. 105, at nucleus ater et ascos nullos detegere valui. Est sui generis l. subgeneris typus (*Episage*), sed donec majora centralia rite limitata, e singularibus speciebus nova proponere genera evitavi.

***) Radium praebent in Discomycetes, a quibus vero clare diversi. Genera, ordinum transitoriorum more, specierum inopia, quare argutius limitata apparent; et plurima extra-europaea, terris calidioribus priva. *Perithecia collo l. papilla, ut Sphaeriacei, numquam instructa, hinc demum discoideo-aperta.*

†) Genus magnopere insigne, ex omni analogia, peritheciis suc-

primo immersa clausa, dein emersa, discoideo-aperta; asci, immixtis paraphysibus, lineares, sporis simplicibus pallidis.)

(XXIV. Enslinia. *Fr.* *)
Stroma suberosum, cupulari-marginatum. Perithecia in disco nuda, peripherica, membranacea, pallida, demum cupulari-aperta. Nucleus fere prioris.

(XXV. Acroscyphus. *Leveill. Ann. Sc. Nat. 1846. p. 262.*
Stroma suberosum, ramosum, ramis fasciculatim coadunatis. Perithecia heterogenea, terminalia, ore lato dehiscentia. Asci pedicellati, sporis uniseptatis.]

++ *Stroma in perithecia (homogenea) abiens;* asci reducti l. tenuissimi, filiformes, sporis secedentibus.

(XXVI. Cordierites. *Mont. Ann. Sc. Nat. 1840. t. 10. f. 3-5.*
(Stroma *carbonaceum*, ramoso-fruticulosum, fragile, apicibus tumentibus in perithecia demum cupulari-aperta, marginata; disco collapso pulveraceo. **)

XXVII. Tympanis *Syst. Myc.* vix Tode! ***)
Stroma *corneum*, tenax, verticale, nudum (in *T. conspersa* a nucleo fatiscente! demum albopruinosum), apice tumens in perithecia primo clausa *globifera,* dein cupulari-aperta disco fatiscente; sporis simplicibus. Cfr. *Alb. Schw. t. 9. f. 3!*

1. *T. conspersa.* Fr. 1—4. *S. S. 12, 171. M. N. 789. B. 3.*
2. T. alnea. *Fr.* 3, 4. — *B. n. 1.*

---

centuriatis! etc. ad hunc ordinem referendum, tamquam Hypocreae analogum. Inter fungos Europaeos Fagicola *Hypocr. Tremelloides* quoque proxima et sola affinis est!

*) Genus Poroniae analogon, ut prius Hypocreae. H. l. *E. Pocula*, *candida* (Elench. sub Sphaeria), quas vidi disco aperto, et ni fallor, *Sph. intermedia Schw.*

**) Analogon Thamnomycetis (prior forte Rhizomorphae) in hac serie, in statu primario (ad typum Cenocarpi facile ascigero) nondum observatum. *Nullum fallacius dispositionis fundamentum exhiberi potest quam abstruso e praesentia l. defectu ascorum!*

***) Descriptio *Todei* nullo modo quadrat, speciemque primariam sub Sphaeria (S. caespitosa *Tode!*) laudat, at ne nomen, his aptum, pereat, huc transtuli. Forma ita mire ex aetate mutatur, ut eandem speciem in diverso statu vix agnoscas; hinc in primario Sphaeriae et Sphaeronaemata dictae, demum vero Pezizoideae, ascis vero reductis "vulgo basidiimorphis." Mire a quibusdam cum Cenangiis et Sphaeriis collapsis v. c. *S. cupulari* confusum; immo Cel. Wallroth huc ducit optimas Pezizas et Sphaerias!

3. *T. Frangulae.* Fr. 1—4. *S. S. 102. M. N. 887.*
4. *T. Fraxini.* (Schw. Car.) 1—3. *B. 2.* Sphaeron. columm. W.
5. T. Prunastri. Cenang. *S. M.* pr. p. 1, 2. *B. p. 211.*
— rigida. *S. S. 449.*
6. *T. inconstans.* 1—4. S. conica. *A. S. S. S. 106.*
— Cotoneastri. *S. M. p. 494.* — Ariae *Pers. M. N. 888.*
7. T. saligna. *S. M.* vix Tode! 1, 2.

XXVIII. Sphaeronaema. *Fr.* *)

Perithecium subverticale, poro pertusum (in genuinis umbilicatum), sporarum conglutinatarum globulo coronatum.

a. Zythinia, *ceraceo-mollia, acuta.*
1. *S. subulatum* (Tod.) 1—4. *S. S. 325. B. 1.*
2. *S. rufum.* Fr. 1, 3! 4! *S. S. 27.*
3. S. aciculare. Fr. 2, 4.

b. Melanocybe, *carbonacea, acuta, globulo atro.*
4. S. pyriforme. Fr. 2. — *S. S. 274.*

c. *Genuina*, corneo-carbonacea, truncata, globulo albo.
5. S. cladoniscum. *Fr. 4. M. N. 977.*
6. S. cylindricum *(Tod.)* 1, 2. *S. S. 273.* var.
7. S. parabolicum. *(Tod.)* 4.
8. *S. truncatum.* Fr 1, 3, 4. *S. S. 105.*
9. S. conicum. (Tod.) 2.
10. S. hemisphaericum. (A. S.) 2—4. *S. S. 104.*
11. *S. colliculosum* Fr. 2—4. *S. S. 103. M. N. 978.*
12. *S. subtile.* Fr. 1—4. *S. S. 160.*

? XXIX. Acrospermum. *Tod.* **) *S. M.!*

Perithecium (stroma?) verticale, corneo-carnosum, intus tubuloso-filamentosum, absque nucleo discreto. Sporae simplices, pruinae instar apice emersae, fugaces.

1. A. compressum. *Tod* 1—4. *S. S. 427. B. 1.*
2. A. gramineum. *Lib.* 1. *B. S. 164. Cord. III. f. 73.*

---

*) Nomen a *σφαιρα* et *ναιω*, *ναμα*, globulus natans (nec ulla adest derivationis ratio a *νημα*), hinc perperam Sphaeronema scribitur, ut pluries frustra monui. Nimia adest affinitas cum Tympani, cujus plurimae species in statu primitivo Sphaeronaemata omnino referunt, v. c. Sph. versiformis et conica *A. S.*, *S. rigida* Dec. etc. Ceterum a recentioribus nimis extenditur (Cfr. Ceratostoma, Zythiam etc.); potius fingerem subgenera supra indicata olim esse segreganda. *Melanocybe* multa habet cum Apiosporio communia et Zythinia in Ceratostoma abire videtur.

**) Auctorum recentiorum jussu hoc loco recepi, et, si naturam spectemus, Pyrenophorae affine. "*Sporidia s. d. basidiomorpha*" sporophoris prioris respondent l. potius ascis reductis Heterosphaeriae. Verae sporae Sphaeronaematis, sed nulla gelatina in globulum juncta. — *Glutinium* (S. S. n. 450) subsimile est, at solidum, totum carbonaceum, extus similare filamentosum, undique viscosum, sporis adglutinatis.

3. A. cornutum. *Fr.* (excl. syn. Bull.) 4. Cl. herbar. fungic. *A. S.*
4. A. conicum. 4. Norv. alp.

++++ *Rhaphidosporei, sporis longissimis septatis.*

(XXX. Corynelia. *Fr.* *)

Stroma spurium. Perithecia verticalia, nuda, heterogenea, carbonacea, rigida, primo clavata, dein apice ampliata aperta; nucleo pulveraceo-fatiscente.)

XXXI. Lophium. *Fr.* **)

Perithecia carbonacea, fragilia, verticali-compressa, carina longitudinali arcte clausa, nucleo fatiscente. Sporae longissimae, gracillimae, septatae.

1. L. elatum. *Grev.* 3. Sudermann. *B. 2.*
2. *L. mytilinum.* (P.) 1, 3, 4. *S. S. 60. B. 1.*
3. L. mytilinellum. *Fr.* 4. *S. S. 271.*
4. L. aggregatum. *Fr.* 3, 4. *S. S. 351.*

XXXII. Actidium. *Fr.*

Perithecia stellata; reliqua prioris.

1. A. Hysterioides. *Fr.* 3! 4. *S. S. 63.*
2. A. sphaerale. *Fr.* Ostrogoth. *Achar.!*

XXXIII. Ostropa. *Fr.* ***)

Perithecium suberoso-corneum firmum, in labia tumida fissum. Nucleus detrusus *gelatinosus.* (Asci et sporae, congestae nec seriatae, ceterum fere Lophii.)

1. *O. cinerea.* 1, 2! Sphaer. barbar. *S. M. II. p. 468.*
2. O. truncata. (P. sub Hyster.) 1, 2. r.

(XXXIV. Rhaphidospora. Cfr. *Mont. Dec. II. t. 19. f. 2.* †)

Perithecium corneum, ovato-rotundatum, acutum, demum cupulari-apertum. Sporae aciculares septatae, in ascis stipatae.)

---

*) Pseudo-stroma, thallum Lichenosum aemulans, est mycelium determinatum. Huic generi proximum est Strigula, infimum Lichenum! Hoc e speciminibus vulgo obviis creditur ascis destitutis, in optime evolutis vero adsunt asci. *Clisosporium* est Lichen manifestissimus!

**) Hoc et sq. genus nullo pacto ad Discomycetes referre liceti; carina longitudinalis acuta numquam dehiscit, sed perithecia ipsa fragilia facile lacerantur.

***) Miretur posteritas hodiernos hoc et tot nobilissima genera inter *ambigua* ab iis rejici, qui numerosissima factitia tamquam *certa* laudant. Testatur hoc genera magis ad icones (nam genera icone falsissima v. c. *Sciridii* etc. vel anamorphosi alius speciei subnixa religiose servantur), quam ad naturam et biologicas rationes dijudicari. Cel. *Notarisii* generis expositionem (Auctoris nomen, faustum omen) non vidimus.

†) Plures sunt hujus generis species Extraeuropeae (typo Sph.

++++ *Gibberei, Sphaeriaeformes, astomi, demum hiascentes, nucleo diffluente, sporis variis.*

XXXVI. Gibbera. *Fr.* Sphaer. spec. *Auctt.*

Perithecium ceraceo-corneum, liberatum, a centro radiato-rimosum, semper clausum, nucleo ceraceo farctum, demum evacuatum. Asci fundo affixi, lineares *).

* *sporis magnis, bilocularibus.*

1. *G. Vaccinii.* (Sow.) 1, 3, 4. *l. c. p. 418.* 1-4. *S. S. 51. B. p. 254.*
2. G. glaucina. *S. M. II. p. 493.* — 4.

** *sporis minutis simplicibus.* Ascis filiformibus tenellis.

3. G. pulicaris. 1. l. c. p. 417. *B. S. 175.*
4. G. oppilata. *Fr.* 3, 4. *S. S. 399.*
5. G. obturata. *l. c. p. 495.* 3, 4.
6. *G. Plinthis.* 3, 4! Vide supr. p. 365.

Obs. Clinterium, externis notis simillimum, sed ascis destitutum, sporidia simplicia pedicellata. Proprium potius genus, Pyrenotricho affinius.

XXXVII. Dichaena. *Fr.* S. O. V. Sphaer. et Hyster. *Auct.* **)

Perithecia subcarbonacea, elliptica, clausa, rima longitudinali dehiscentia. Nucleus et asci diffluentes. *Innato-erumpentes.*

1. *D. rugosa.* El. 2. p. 141. 1—4. *B. p. 294.* Hyst. — quercina. *S. S. 354.* — faginea. *S. S. 353.*
2. D. fissa. *S. M. 2. p. 424.* 1—4. ***) *Cord. III. f. 80.* S. hyster. IF.

---

raphidiosperma *Mont.*), sed *Sph. Peltigerae* Ejusd. Auct. h. l. etiam censeo. Ascos et sporas exacte similes in his et *Parmelia rubra!* vidimus. Hoc genus ad Sphaeriaceos genuinos, sequ. ad Apiosporineos ex ostiolo proxime accedunt, sed ob ascos et sporas, priorum proximas, hoc loco citavimus.

*) Characterem structurae a *G. glaucina* (subverrucosa) et *G. Vacinii* (primo fibris brevibus septatis obsessa), quae primo Sclerotioideo-farctae, sumsimus. Ultimae interna structura nonnihil recedunt, sed potius laudem, quam cavillationem, meo sensu, meretur, qui in singula aberratione non mox vidit "*novi generis typum.*"

**) Typus generis est Opegrapha macularis *Ach.*, quam verum sistere fungum inter omnes peritos jam constat. Cum hac vegetatione, morphosi, notis externis etc. congruunt reliquae spec., sed structura sat varia, at in generibus distinguendis servem modum. — *Cheilariam* Lib., ut omnia fere genera meritissimae Auctricis, mihi esse prorsus ignota maxime dolemus. Sub hoc nomine fungum, qui *Labrellae* vicinior sit, accepimus.

***) In Rosarum caulibus occurrunt variae, praecipue quoad structuram, diversae formae, sed habitu et vegetationis rationibus congruae, quarum nexus mihi non satis clarus, quales sunt 1) Dothidea

3. D. Sambuci. *El. p. 144.* 1. r. sed eximia.
4. *D. strobilina.* S. M. 2. 495. *S. S. 318. B. p. 271.*
— 5. D. sulcata. *S. M. 2. p. 498.* 1. (Semper obtecta.)

(Americanae spec. numerosae, nobis paucae.)

XXXVIII. Excipula. *Fr.* *)

Perithecia carbonacea, sphaerica, libera, primo clausa, dein aperta ore orbiculari integro, nucleo nudo gelatinoso turgido. Asci oligospori, sporis simplicibus s. in sporidia reducti.

* *in partibus perennibus.*

1. E. corvina. (P.? sub Pez.) 2.
2. E. turgida. *Fr.* 1, 2. Reften Scan.!
3. *E Rubi.* Fr. 1—4. *S. S 101. B. 1.*
4. E. melanophaea. *Kunz.* 3, 4.
5. E. Empetri. 3, 4. *S. S. 248.*

** *in partibus annuis.*

6. E. hirta *Fr.* 1—4. *S. S. 419.*
7. E. aspera. *Fr.* 4. In Osmund. regal.
8. E. herbarum. *Fr.* 1—3.
9. *E. punctiformis.* Fr. 1—4. *S. S. 420.*
10. E. Sphaeroides. *Fr.* 3, 4, *S. S. 138.*

C. Perisporiacei **) s. *Omphalostomi.*

Obs. Paraphyses in hoc ordine desunt.

+ *Thelebolei,* sporas in globulum junctas eructuantes. Mycelium radians.

XXXIX. Thelebolus. *Tod.*

Perithecium ceraceum, urceolare, ore umbilicato, vesicula (asco maximo) sporas includente coronatum.

Rosae, Dichaena fissa, Labrella Rosae *Corda*, quibus analogum 2) Coryneum marginatum = Seiridium *Nees* (specimina iconis archetypa! cum hac nullo modo congruunt, sporidia septata apice mucrone terminata ut in Aregm. mucronato, reliqua exactissime Corynei), = Seimatosporium *Cord.* = Sciniatosporium *Rab.*, ut taceam formas infinitas Torulaceas e. s. p. ad omnia genera infima accedentes.

*) Hoc et prius genus in bivio inter Disco- et Pyrenomycetes posita sunt; ad hos referenda ob perithecia primitus astoma (a Sphaeriis minimis non discernenda) nucleo demum quidem discoideo, sed gelatinoso, turgido. Asci saepe perfecti.

**) Ordo ad Gasteromycetes, cum quibus olim conjunctus, ut prior ad Discomycetes radians, sed morphosi et affinitatis naturalis necessitate ad Pyrenomycetes omnino coguntur. In *Dichaenaceis* sporarum cellulae matricales (asci) elongati, et saepe sporae septatae,

1. T. terrestris. *Alb. Schw.* 4. Femsjö! Martio.
2. T. stercoreus. *Tod.* 3. Smol. Åker! Sept.

XL. Dacryobolus. *Fr.* (El. 2. p. 51.)

Perithecium flocceso-carnosum. globulare, ore umbilicato, globulo gelatinoso, sporas fovente, coronatum.

1. D. sudans. 4! Hydni spec. *A. S.*

++ *Perisporiei*, sporis ascis clavatis subdiffluentibus receptis, mycelio haud manifesto.

XLI. Perisporium. *Fr. S. O. V. Corda.* *)

Perithecium ceraceum, liberum, extus nudum et glabrum, ostiolo umbilicato. Nucleus ascis tumidis, absque paraphysibus, sporisve farctus.

1. P. exuberans. *Fr.* 1.
2. P. betulinum. Fr. 3. 4! In *S. S. 372.* prorsus disparuit.
3. P. Tragopogi. *(A. S.)* 1, 2.
4. P. alneum. *Fr.* 3, 4.
5. P. fagineum. *Fr.* 2.
6. *P. disseminatum* Fr. 1—4. P. vulgare. *Cord. II. f. 97.*

XLII. Apiosporium. *Kunz.*

Perithecia acervata, subcarbonacea, pruinosa, demum umbilicato-pertusa. Nucleus primo gelatinosus, sporis, ascis resorbtis?, seriato-concatenatis secedentibus pulveraceus.

1. A. Salicis. *Kunz.* 1. Scan. *Cord. ic. II. f. 96.*

(Inter plures h. g. species hanc solam, et rarissime, legi.)

(XLIII. Hormospora. *Notar. l. c. II.*

"Perithecia membranacea, mollia, poro rotundo aperta, nuc-

---

tenelli, filiformes; in his contra normaliter rotundatae et clavatae, quare peridiola (eodem sensu ac Mucorineorum) dictae sunt vel potius sporidia, sporas distinctas includentia, dicenda. Sed ex altera parte abeunt in veros ascos (v. c. in Chaetomio etc.), facillime vero deliquescentes l. ob pelluciditatem inconspicuos (sic in Apiosporio sporidia seriata in asco generata fingunt, licet non viderim), ex altera gelatina, cui immersa, cellulae matricalis vicibus fungitur (cfr. Dacryobolum etc.) Ab analogis *Phyllosticteis* facillime dignoscuntur peritheciis semper a matrice liberis, nec innatis, *(Bertiam,* ob ascos, videas sub Sphaeriaceis.)

*) Vegetatione et morphosi, omnibusque externis notis conveniunt species sequentes, quas praesentibus formis mediis conjunctim tractare necesse duximus. At in S. M. utique heterogeneis obrutum, quod evitari vix potuit; considerent quoque praeteriti temporis genium, qui etiam nobilissima genera v. c. Sparassin, Polyporum e. s. p. rejiciebat; et si genera adeo subtiliter, ac hodiernus genius jubet, distinxissem, me insanire fictum esset. Inter minimos fungos *facilius est nova genera distinguere, quam arcere*, at melius censeo parum cognitas species proximis subjungere, quam copias generum, speciebus obscuris, proponere.

leo gelatinoso. Asci clavati absque paraphysibus; sporae in plures series parallelas primo moniliformi-concatenatae" instar Cordycipitis. Typus S. stercoris. *Elench.)*

XLIV. Venturia. *Not. Bot. Journ. It. I.*

Perithecia carbonacea, fragilia, poro amplo pertusa, circa ostiolum ciliata. Asci fixi, oblongi, subpedicellati, absque paraphysibus, sporidiis didymis. Species genuinas non vidi; proxime vero accedit, mihi jam pridem sui generis typus:

1. V. cincinata. *S. M. II. p. 451.* — 4.

XLV. Chaetomium. *Kunz.* *)

Perithecium tenuissimum, pilis vestitum, demum umbilicatum et diffractum. Nucleus gelatinosus, sporis typice in ascis seriatis, sed asci rarius conspicui.

1. C. comatum. *(Tode!)* 1. Hort. Bot. Lund.
2. C. elatum. *Kunz.* 1—4. *S. S. 459. B. 1. exs. 49.*
3. C. hispidum. *Fr.* 4. Femsjö, ad caul. herb.
4. C. globosum. *Kunz.* 1, 2.
5. C. pilosum. Sph. *Pers.!* 1—4—? *Cord. Ic. II. f. 103.*
6. C. chartarum. *Ehrnb.* 1, 3. *B. 2.*
7. C. pusillum. *Fr.* 3, 4! *S. S. 272. Certe h. gen.!*

††† *Asterinei*, e floccis radiantibus enati, sporis ascis rotundatis subliberis persistentibus receptis. *Epiphylli.*

XLVI. Erysiphe. *Hedw. fil.* **) Alphitomorpha. *Wallr.*

Perithecium ceraceum, filis suffultum et mycelio impositum

---

*) In plerisque speciebus observo alium statum ascis manifestis, alium ascis prorsus inconspicuis. *Chaetomium pusillum* minime, ut voluit Corda, Sphaeriae species est, sed meo sensu verum Chaetomium! Sporae omnino generis, vulgo absque ascis, et immixta vidi corpuscula fusiformi-cylindrica, pellucida, contigua, angustissima, sed utrinque obtusiuscula; analoga adsunt in Zythiis. In *Ch. hispido* (gregario, atro, peritheciis hemisphaericis subnitidis, fibris sparsis rigidis divergentibus, in eodem caule jove pluvio monstrabat nucleum fluxilem, sporasque absque ascorum vestigio; sequente die sicco et sereno praebuit ascos amplos, clavatos, pellucidos, sporis 4 seriatis ovatis simplicibus lutescentibus. Interdum deficit perithecium; gelatina floccis inspersa; cfr. *Ascotricham, Myxotrichum.*

**) "Perperam Erysibe" dici jam pridem plene exposuit dir. Decandolle; Erysiphes nomen non modo prioritate gaudet, sed Erysibes eo magis ineptum, cum exstet aliud antiquum, notissimum phanerogamarum genus *Erysibe*, familiae Erysibearum typus. Ceterum hujus, ut omnium epiphyllorum generum, speciebus et formis infinitis, vilibus nimia vulgo tribuitur attentio, quo nobiliores et insigniores fungi praetervidentur.

ore umbilicato. Sporidia (asci) maxima, libera, definita, globosa, sporis farcta.

1. E. pannosa. *(!Wallr.)* 1, 2. *B. 1. exs. 96.*
2. E. epixylon. *(Schlecht.)* 2.
3. E. epicaulon. *S. M. p. 237!* 3, 4. *S. S. 69. Cord. ic. II. f. 99.*
4. *E. macularis. (Wallr.)* 1—4. *B. 2.*
5. E. fuliginea. *(Schlecht.)* 1.
6. E. clandestina. *(Wallr.)* 1, 2.
7. *E. communis. (Wallr.)* 1—4. *B. 3.*
8. E. penicillata. *(Wallr.)* 1—4. *B. 5.*
9. *E. bicornis. (Wallr.)* 1—4. *B. 6.*
10. E. adunca. *(Wallr.)* 3, 4. *B. 7.*
11. *E. guttata. (Wallr.)* 1—4. *B. 8.*

b. Podosphaeria. *Kunz.*

12. E. myrtillina. *S. M.* (Sphaeria *Schub.*) 3, 4.

XLVII. Lasiobotrys. *Kunz.*

Perithecia acervato-connata, cornea, mycelio fibrilloso radiante innata, ore umbilicato. Sporidia globosa (asci) sporis farcta.

1. L. Lonicerae. *Kunz.* 4. Dalekarl. *M. N. 960. B. exs. 48.*

[XLVIII. Bryocladium. *Kunz.!* Pisomyxa. *Corda.*

Perithecium subcarbonaceum, tenue, mycelio fibroso (atro) radiante impositum, ore umbilicato. Asci in sporidia ovalia, sporulis minimis farcta, reducti, ovales, liberi.]

(IL. Meliola. *Fr.*

Perithecium carbonaceum, mycelio fibroso (atro) radiatim expanso adnatum ore demum umbilicato. Sporae septatae ascis receptae. *Genus in foliis tropicis vulgatissimum, ut Erysiphes in terris temperatis.* Praeter species in S. M., Linnaea, plurimas descripserunt *Montagne, Leveille.)*

(L. Asterina. *Lev. l. c. 1845. p. 59.*

Perithecium tenue, adpressum, fibris impositum basique saepe radians. Asci obvati, sporis bilocularibus. — An Asterina *Lev. l. c.* ore rimoso distinguendum? Cfr. *Berk. in Hook. Cr. Antarct. t. 164.* *)

---

*) Vel potius cum *Ailographo* Lib. comparandum? Hoc genus, inter Phacidiacea omissum, recognovi ex *Berk. l. c. t. 68. f. 9;* ab Hysterio differt ut Asterina a Meliola ascis obovato-rotundatis, sporis bilocularibus. H l. *H. striola* El. et plures n. sp. mihi cognitae. Ab his omnibus valde differt longe speciosius *Neuroccium* Kunz,; sporae hujus magnae, continuae, ellipticae, succinei coloris, in thalamio fibroso ita fasciculatim (et subinde in clavas, ad typum *Cord. ic. IV. t. 9. f. 122: 5)* coacervati, ut intra ascum amplum resorbtum generatas fingam. Huic fungo peculiare est discum in siccis late hiare, at humectatum claudi, contra Discomycetum morem.

++++ *Myxotheciei*, sporis gelatina primo conglobatis absque ascis, reliqua priorum.

LI. Zasmidium. *Fr.* *)

Perithecium tenue, carbonaceo-fragile, mycelio byssino septato adnatum, ore subumbilicato, nucleo in sporas simplices fatiscente.

1. Z. cellare. (Racod. P.) 1. Malmö. *B. p. 324. M. N. 798.*
2. Z. vulgare. *Fr.* 3! 4. *S. S. 424.*
3. Z. Tela. (Cord.) 4.

(Pleuropyxin *Corda*, inter hoc et sequ. mediam, non vidi.)

(LII. Myxothecium. *Kunz.*

Perithecium liberum, firmulum, demum umbilicatum, fibris continuis e pseudostromate exsertis adnatum; sporae simplices in nucleo gelatinoso. *In caulibus et foliis tropicis.*)

(LIII. Conturea. *Cast. Mass. p. 192.* **)

Perithecium membranaceum, sphaericum, astomum, apice rumpens, intus sporis liberis septatis farctum. Stroma floccosum radians.)

Asteroma, *sporidiis bilocularibus*, vide inter Phyllosticteos. Species superficiales hujus regionis fere sunt!

(Collacystis. *Kunz.* ***)

"Perithecium globulare, firmum, floccis brevibus fasciculatis obtectum iisque hinc illinc radicans. Sporae globosae nucleo gelatinoso immersae.")

LIV. Zythia. *Fl. Scan.* †)

Perithecium membranaceum, primo tectum dein liberum, te-

---

*) Antennaria sect. 1. *S. M.* — *Corda*, at nec Antennaria *Link.* typo Antenn. Ericophila et Cytisophila, quod *Antenninam* S. M. diximus, peridio crasso crustaceo, sporis concatenatis, Cenococco affine et regioni mediterr. genus privum), nec Antennaria *Nees et Auctt. Rec.* (typo *A. pinophila*), quod Torulis proximum et *Antennatula* dicas. Nam *Antennariae* nomen, utpote generi Compositarum notissimo et ubique recepto vindicandum, e foro mycologico, ubi maxime ceterum confusum, prorsus delendum est.

**) Est quasi Meliola absque ascis, cui speciem gallicam addidi, et in *Sphaer.? Trichostromam* Kunz.! in Weig. exs. aliisque eximie quadrat definitio.

***) Genus mihi ignotum, sed propter stationem (in cadavere humano semiputrido) memorabile, hoc loco tamquam Chaetomio et Eurotio intermedium inserere debui, cum ab omnibus praetervisum sit. Descriptio exstat in *Güntzii* libello: *Das Leichnam des Neugebornen* Lips. 1827. *I. p. 212.* Unica species, *C. putredinis*; cujus sporangia $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{3}$'' diametr. livide lutescentia, sparsa l. aggregata, adulta duriuscula, compage tenaci e ceraceo coriacea. Flocci breves, albidi, continui.

†) Genus specierum, allatis exceptis vere ignobilium, dives,

nax, ore umbilicato, nucleo gelatinoso cum sporis simplicibus globuli l. cirrhi instar erumpente.

1. *Z. elegans.* Fr. 1—4. *S. S. 460. Not. III. f. 8.*
2. Z. galbula. Fr. (Sphaeria S. M.) 1. Affi. Sph. atrorub. W.
3. Z. Rhinanthi. *(Sow.)* 3, 4.
4. Z. ferox. *(Not.)* 3. *Not. III. f. 9.*
5. *Z. epimyces. (Ehrenb.)* 1—4. *B. S. 187.*

(Z. Georginae. *Cord. III. f. 72.* etc. in pl. exotic.)

++++ *Appendix:* Sporae intra peridium, nullo thalamio immersae.

A. Clisosporium. *Fr.*

Peridium membranaceum, liberum, tenax, glabrum, (atrum) ore umbilicato irregulariter dehiscente. Sporae globosae, minimae, absque gelatina diffluentes. Mycelium maculare l. o!

1. C. lignorum. *Fr.* 1, 2. Coccularia *Corda*, ex habitu!
2. C. herbarum. Fr. 1. Lund.

B. Eurotium. *Link.* *)

Peridium primo coloratum, mycelio floccoso radiante adnatum; reliqua prioris.

1. *E. herbariorum.* (Web.) 1—4.
2. E. Pyrobolus. *Fr.* 3. Transitus ad Zythias!
3. E. caulincola. *Fr.* 1. Hort. Lund. c. sq.
4. E. nebulosum. *Fr.* 1.

Altera series:

D. Cytisporacei **).

In hoc ordine sporae (vulgo simplices) filis adfixae.

+ *Leveillinei*, conceptaculo carbonaceo, rigido; nu-

---

vulgo Sphaeriis caulicolis v. c. *S. herbarum* subsumtis. (Z. elegantem, mixta cum eadem, in quibusdam Scl. Succ. exemplaribus, ab amico collectis, occurrere testatur acut. *Desmazieres.*) Ad *Zythias* accedunt varia Sphaeronaemata, sed a genuinis clare differt hoc genus. Coccobolum *Wallr.* hujus esse loci, e charactere, fingerem.

*) Mire cum Physareis confudit *Corda*, morphosin et omnes majores naturae rationes negligens propter analyses subtilissimas. Aptiorem locum, quam in hoc infimo Pyrenomycetum puncto, adhuc ignoramus; series mediante Clisosporio et Zythia, cujus potius species Eurotium Pyrobolus, prioribus contigua videtur, licet charactere a familia recedat. Sed character ubique secundarium, accidentale; affinitas primarium, aeternum.

**) In summis adsunt perithecia, in mediis cellulae, in infimis modo asci sacciformes, sed omnes circinati, convergentes et, generibus duobus exceptis, ore communi ostiolati.

cleo unico, sed celluloso-multiloculari. *) *Camilleam*, affinem, videas sub n. V.

[LV. Kretschmaria. *Fr.*
Conceptaculum carbonaceum, crassum, rigidum, stipitatum, capitatum, capitulo *intus cavo, cellulis rotundatis amplis referto,* nucleolis gelatinoso-filamentosis, sporis simplicibus. (Pyrenotrichi!). Typus: *Sphaeria Clavus.* Fr. Linn. V. p. 543.]

[LVI. Leveillea. *Fr.* Phyllacea. *Leveill.?* **)
Conceptaculum carbonaceum, crassum, rigidum, turbinatum, *intus* apicem versus *cavum, membranulis verticalibus in cellulas erectas elongatas divisum;* nucleolis gelatinoso-filamentosis, filis ferentibus ascos obovatos 6—8-sporos, sporis simplicibus ellipticis diu cohaerentibus. Typus: Sph. caelata. Fr. Linn. V. p. 540.]

[LVII. Piptostroma. *Leveill. Ann. Sc. Nat. 1845. p. 65.*
Conceptaculum carbonaceum, rigidum, globosum, demum circumscissum, nucleo celluloso-lobato. Sporae ellipticae, simplices filamentis e stromate surgentibus adfixae.]

[LVIII. Weinmannodora. *Fr.* ***)
Conceptaculum hemisphaericum, liberum, carbonaceum, subtiliter pertusum verticeque ostiolo simplici pertusum; nucleo e columella centrali (alba) radiante ad medium in cellulas elongatas circinantes dimidiatas diviso. Sporae globosae, simplices, nigrae, majusculae (fere *Melanconii!*)

---

*) Grex Pyrenomycetum distinctissima, nobilissima, maxime naturalis, generibus evidentissimis; plerisque tropicis regionibus privis, Sphaeriaceis primae seriei respondens. Nucleum fideliter describam, qualem observavi, sed in statu typico forsan ascigeri sunt, suadente Leveillea. In prioribus generibus ostiolum nullum vidimus evolutum, sed conceptaculum subtilissime punctulato-pertusum; hos vero poros microscopicos non esse genuina ostiola, ut olim finxi, testatur nobilissima Weinmannodora, ex qua indolem mirabilium horum fungorum primum intellexi.

**) Lundia *Fr. Mscr.*, sed nomen mutare debui, cum vix dubitem esse *Phyllaciam* Lev. (ne cum Phyllacio *Benn.*, genere phanerogamo, commutetur et hoc nomen mutandum), licet descriptio recedat. Nucleus pro more gelatinoso-filamentosus; sed in statu perfectissimo sporae, etiam ascis resorbtis in massas obovatas diu cohaerentes, inclusae ascis tenerrimis, Asterinae similibus. Hyperomyxae *Cord. ic.* nuclei ideam satis praebet.

***) *W. ruthenica* est donum cel. *Weinmanni*, cui eximio Mycologo dicavimus, cum prisca Weinmannia non commutandum. Fungus summopere insignis, lignatilis, Silenes instar ad medium 5-locularis.

[LIX. Lamyella. *Fr.* *)
Conceptaculum erumpens globulare, carbonaceum, intus cellulosum; nucleo gelatinoso, sporis subtilissimis simplicibus pellucidis farcto, ostiola discreta globulo gelatinoso coronantibus.]

LX. Rabenhorstia. *Fr.* **)
Conceptaculum tenue subcarbonaceum cupulari-dimidiatum, superne epidermide adnata tectum, intus celluloso-loculosum, ostiolo simplici. Nucleus gelatinosus, sporis simplicibus pellucidis.

1. R. clandestina. *Fr.* 3, 4. *S. M. II. p. 484.*
2. R. rudis. *Fr.* 1. *S. S. 396. B. S. 155.*
3. R. personata. *Fr.* 3, 4. Insignis.
4. *R. Tiliae.* (P.) 1—4. *S. S. 80. B. 152.*
5. R. adpressa. n. sp. 3. Suec. boreal.

Enchnoa (*Sphaeria n. 137*) hanc seriem fere claudit, at perithecium serotinum tenerrimum, nucleum maximum fluxilem limpidissimum, haud cellulosum, tantum vidimus. In exsiccato et collapso irrigato video sporas subtilissimas, fusiformes, pellucidas.

++ *Cytisporei*, peritheciis cellulisve discretis. Cfr. *Stilbosporeos.*

LXI. Valsa. *Fr.* Sphaeriae sp. *Auctt.*
Perithecia carbonacea, (formae definitae) perfecta, circinantia, in colla convergentia elongata, ostiolis erumpentibus inter se vel disco conjunctis. Asci (typice) perfecti, 8-spori ***)

---

*) Typus est *Sph. sphaerocephala* S. M. II. p. 497, habitu prorsus Sphaeriae simplicis (in hoc et sequente exoleto evanescunt cellulae), at ostiolis subquinis discretis, singulo globo sporarum coronato, valde insignis. Sporae minimae, modice auctae globosae, sub summo augmento oblonga.

**) Habitus exacte Hercosporae, cum qua hinc olim conjunxi, at tam nuclei structura, quam sporarum indoles (deficientibus ascis) magis differunt quam ut comparentur.

***) Genus inter Sphaeriaceos et Cytisporeos exacte medium, illis charactere, his affinitate naturali proximum. Peritheciis circinantibus, collis convergentibus, ostiolis vel connatis vel disco junctis a Sphaeriaceis semper acute differunt; cum sequentibus prorsus confluunt; ita ut plures Valsae in statu primario sistant Cytisporas (n. 14—17), et reliquae Cytisporae in eadem statione, eadem matre vulgo habeant prorsus sibi respondentem Valsam (*V. nivea* || Cytisp. chrysosp., *V. salicina* || C. fugax; V. ambiens || C. leucosperma. *Valsae Circumscriptae* luculentius a Cytisporis differunt, sporis septatis vulgo, nec manifeste gelatinam eructuant, ut reliquae; sed haec gelatina in Incusis — Circinatis amorpha profluit, vix cirrhosa.

a. *Circumscriptae.* S. M. II. p. 378.
1. *V. Sorbi.* (Schmidt) 1—4. *S. S 114. M. N. 869.*
2. V. Prunastri. *(P.)* 1, 2. *S. S. 226. B. 53. exs. 29.*
3. V. stellulata. *Fr.* 1, 2. *S. S. 442. B. 54. exs. 79.*
4. V. enteroleuca. *Fr.* 1—3. *B. 55.* Variol. Ceratosp. *Bull.*
— alnifraga. *(Wahl. Suec.)* 3.
5. V. extensa. *Fr.* 1, 3. *B. 56.*
6. V. syngenesia. *Fr.* 1—3. *M. N. 870.* stat. juv.
7. V. monadelpha. *Fr.* 1, 3. *Rabenh. Crypt. p. 212.*
8. *V. detrusa.* Fr. 1—3. *S. S. 6. Cord. ic. IV. f. 127. B. S. 18.*
9. V. cerviculata. *Fr.* 3, 4. (Affin. *B. 57.*)
10. V. fibrosa. *P.* 1, 2. *S. S. 381. B. 58. exs. 31.*
11. V. Carpini. *Fr.* 1. copiose. *S. S. 228.*
12. V. lixivia. *Fr.* 1. Vix indigena, in Juglande.
b. *Incusae.* S. M. p. 385.
13. *V. nivea.* Hoffm. 1—4. *S. S. 76. B. 59.*
— 14. *V. leucostoma.* P. 1—4. *S. S. 258. B. 60.*
— 15. V. cincta. *Fr.* 3, 4. Alius status Cytisp. rubesc.
— 16. V. Kunzei. Fr. 3. r. *M. N. 767.*
— 17. V. diatrypa. *Fr.* 3, 4. *S. S. 79.*
18. V. microstoma. *P.* 1, 3, 4. *S. S. 185.* pr. p. *B. S. 20.*
19. V. melastoma. *Fr.* 3, 4.
— 20. V. angulata. *Fr.* 2. *S. S. 72. B. 61.* (Reced. ad Diatryp.)
21. V. taleola. *Fr.* 1—4. *B. 62.*
22. V. (Aglaospora) profusa. *Fr.* 1. *S. S. 11. M. N. 871. B. 63.* *)
23. *V. dissepta.* Fr. 1—4. *S. S. c. sq.* S. controversa. *Desmaz.*
☞ Cytisporea. *S. S. 224.* S. Saturnus. *Sow. t. 216. B. 64.*
24. V. tessella. *(P.)* 1.
c. *Obvallatae.* S. M. II. p. 394 **).
25. V. ciliata. (P.) 1, 3.

---

*) Ex excerpto dissertationis alterae Cel. *Notaris*, characteres generis et specierum (quibus nulla synonyma addita) exhibente, ab amic. *J. Vahl* mecum communicato, *Aglaospora* Notar. ad hanc pertinet, sed *A. ocellata* ab Halonia ocellata mea prorsus diversa videtur. Character generis Aglaosporae: *Perithecia coriacea (?), intus undique thalamio vestita, in collum pertusum producta.* Asci ampli, tetraspori, sporis oblongo-linearibus, nucleo in 4 sporulas disciformes diviso. Utique haec species a typo recedit; sed *S. dissepta* ad idem *genus naturale* pertineret.

**) *V. Frit* aliasque in arboribus peregrinis tantum obvias exclusimus, nec vere indigenae sunt *V. lixivia* et *profusa*, sed ob copiam et ipsarum matrum frequentiam, ut in Flora Hospita Patriae citentur, has admisimus.

Quamvis numerosae sint hujus generis species, definitae tamen, nec vagae ut sqq. serierum generum, videntur, nam post 1815—1817,

26. V. spectabilis. *Fr.* 3. raro. Misit Swartz. *Cfr.* Rabenh. n. 1834.
27. V. coronata. *(Hoffm.)* 1. Karlskron. *B. 65.*
28. V. decorticans. *Fr.* 3, 4. *M. N. 768.*
29. *V. Pini.* (Alb. Schw.) 1, 3, 4! *S. S. 7.*
30. *V. Abietis.* Fr. 1, 3!, 4. *S. S. 77.*
— ceratina. *A. S.* — *Rabenh. 1885.*
31. V. deformis. *Fr.* 3! raro.
32. V. chrysostroma. Fr. 1. (S. xanthostr. *Fr.* non *Schw.*) *S. S. 444. B. S. 22.*
33. *V. suffusa.* Fr. 1—4. *S. S. 229.* Priori affin.
34. *V. leiphaemia.* Fr. 1—4. *S. S. 78. M. N. 961. B. 67.*
35. V. sphinctrina. Fr. 2. Femsjö, Smol. r.
36. V. melastroma. *Fr.* 1. *S. S. 223.*
37. *V. turgida.* 2!, 3, 4. *S. S. 262. B. 68.*
— S. faginea. *Pers.* — alnea. Sph. turgida. *P.*
— 38. V. salicina. *Pers.* 1, 2. *S. S. 10. B. 69.*
39. *V. ambiens.* P. 1—4. *S. S. 8. M. N. 872. B. 70.*
— Fl. Dan. t. 2039. f. 1.
40. *V. stilbostoma.* Fr. 1—4. *S. S. 145. B. 71.*
— umbilicata. 4. — conferta. 1. *S. S. 186. M. N. 962.*
41. V. leucopis. *Fr.* 1. Reften, Scan.
42. V. clopima. *Fr.* 4. Smoland.
d. *Circinatae.* S. M. II. p. 405.
43. *V. ciliatula.* Fr. 1—4. *S. S. 147.*
44. *V. pulchella.* P. 1—4. *S. S. 146. B. 72.*
— 45. V. vasculosa. *Fr.* 3, 4. S. syncephala. *Wallr.!*
46. V. conjuncta. *Nees.* 1, 2.
47. V. thelebola. *Fr.* 3, 4. *S. S. 384.*
48. *V. quaternata.* P. 2!, 3, 4. *S. S. 9. B. 74. Fl. D. 2039.*
49. V. furfuracea. *Fr.* 1—4. *B. n. 45.* S. socialis. *W.*
50. V. vestita. *Fr.* 1. *S. S. 230.* Nobilissima!
51. V. hypodermia. Fr. 1. *S. S. 32. B. S. 21. exs. 81.*
52. V. convergens. *Tod.* 1, 2. *B. 76.*
53. V. microcarpa. *Fr.* 1, 2. *Mont. A. Sc. N.*
54. V. acclinis. *Fr.* 4.
55. V. pusilla. (P.) 3, 4! (V. abnormis *dubia sp.)*

[LXIV. Torsellia. *Fr.*

Conceptaculum lagenaeforme, peritheciis subperiphericis difformibus flexuosis, collis in ostiolum commune coëuntibus. Medium inter proxima, habitu proprio. H. l. Sph. sacculus *Schwein.* S. M. II. p. 378.]

---

quibus annis Monographiam in *Act. Ac. Sc.* inserui, vix ullas in his terris novas inveni, licet quottannis legerim. Nec e reliqua boreali Europa novae mihi missae sunt; paucae ex Europa australi; ingens vero numerus ex America boreali.

LIV. Cytispora. *Ehrenb. Fr.* *)

Perithecia membranacea, difformia, cellularia, circinantia, in collum commune discum perforans junctis. Sporae cum gelatina cirrhose profluentes.

* *Cirrho albido l. colorato.*

1. C. pisiformis. *Fr.* 1. *Dub. Syn. Gall. II. p. 725.*
2. C. ferruginea. *Desm.* 1, 2.
3. *C. rubescens.* Fr. 1—4. *S. S. 109. B. n. 1.*
4. C. incarnata. *Fr.* 1. *Desmaz. exsicc.*
5. *C. chrysosperma.* P. 1—4. *S. S. 154. M. N. 881. B. 2.*
6. *C. carphosperma.* Fr. 1—4. *S. S. 155. B. 3.*
7. *C. leucosperma.* (P.) 1—4. *S. S. 156. B. 4.*
   — brunneola. *S. S. 245.* In Rosis.
8. C. pinastri. *Fr.* 1. S. S. *247.* Sphaer. pinast. *Dec.*
9. *C. fugax.* Fr. 1—4. *S. S. 211. B. 5.*
10. C. endophylla. 4. In fol. Vaccin. vitis id.

** *cirrho nigricante.*

11. C. atrovirens. *Fr.* 4. In Alnis Suec. boreal.
12. C. melasperma. *Fr.* 4. Vulgo Melancon.

Subg. *Synariza,* cellulis aequal. stipatis circa axin circinantibus, intra concept. tenue proprium. **)

13. C. carbonacea. *Fr. 1, 2. S. S. 246.*
14. C. enteroleuca. Fr. 3, 4.

LV. Nemaspora. *Pers. Fr.* ***)

Nuclei cellulosi, difformes, subcrispati, circinantes, in tuberculo floccoso ceraceo immersae et ostiolo communi junctae, gelatinam cirrhose protrudentes.

---

*) De intimo cum praecedd. nexu, videas supra. Cum sequ. sub Nemaspora junxit d. *Persoon*, at inter omnes ipsius aequales cognitum est Persoonium *N. croceam* (speciem quoque nobilissimam et absque dubio autonomam) pro generis typo habuisse, quare et Ehrenberg et nos hanc pro generis typo sumsimus, Cytisporis novum imponentes nomen. Hanc determinationem, ubique receptam, subvertere frustra nititur Cel. *Corda*, haud observans Nemasporam suam etiam sq. genus complecti, *Myxosporium* vero, quoad ipsius species, ab utroque esse diversissimum!

**) Has species nec gelatina turgidas, nec cirrhiferas, umquam vidi; fabrica peculiaris et rite observata peculiare facile praebeat genus.

Micropera Leveill. charactere bene convenit cum forma cirrhoso-globifera *Melogrammatis* v. c. Sph. sordida *β.*, at colore differt omnino, et forsan analogum statum Endothiae sistat. Mihi nulla authentica specimina obvia, quare hoc aliaque meritissimi Auctoris genera obiter notare tantum potui. Vix *Cytisporeum* meo sensu.

***) Genus eximie a priori diversum, sed ob perithecii defectum, praesentibus nucleis, non removendum. Ut reliqua hujus gregis dupli-

1. N. *aurea*. Fr. 1—4. *S. S. 107.*
2. N. crocea. *P.* 2! *M. N. 177. B. 1.*
3. N. orbicularis. *Berk.* S. 106. c. ic. 1, 2.
4. N. Ribis. *(Ehrenb.)* 3, 4.
5. N. incarnata. *Kunz.* 2—4. *S. S. 108.*
6. N. grisea. *P.* 1, 2· *Cord. III. f. 68.*

(LVII. Psecadia. *Fr.* Cystisp. *S. M.*

Nuclei in tuberculum uniloculare immersum, in ambitu lobatum, confluentes; sporis cum gelatina per os commune in globulum persistentem profluentibus.

(1. P. guttifera. *(Dec.)* } omnes in frutici-
(2. P. globulifera. *S. S. 112.* } bus exoticis, in
(3. P. rhoina. } Hortis cultis.

LVI. Centhospora. *Fr.* *) *Grev. Scot. t. 253.*

Nuclei regulares, circinantes, globosi, in stromate innato limitato immersi, ostiolis convergentibus, sporis cum gelatina cirrhose profluentibus.

1. C. bifrons. *(Sow.)* 1. Blck. *M. N. 560. B. 1.*

(Spec. h. g. ad regiones calidas pertinent.)

+++ Scutato-adnati, epiphylli. Cfr. Gen. XXI, XXII. Prius genus *Leveillineis*, alterum Cytisporeis videtur respondere.

(LVII. Parmularia. *Levéill. Ann. Sc. N. 1846. p.* 286.

Conceptaculum orbiculare, applanatum, cellulas (?) minimas globosas obtegens. Sporae minutae, elliptico-lineares.]

(LVIII. Microthyrium. *Desm. l. c. XV. p. 129. t. 41. f. 1.*

Conceptaculum tenue adpresso-scutiforme, centro perforatum, obtegens sacculos clavatos, circinantes, ascis octosporis farctos, et in ostiolum commune junctos **).

---

cem habet fructificationem, quarum *Libertellae* Desm. sistunt statum typicum, ascis in sporidia reductis; status conidiiferus etiam ex optime ascigeris Sphaeriis legitur. Myxosporium *Cord.* vero non hujus loci est.

*) Typicum hujus generis statum sistit Ceuthospora circumscripta *Klotzsch*; Sphaeria *B. n. 106*; nam an inter Euphorbiaceas e corollae praesentia, in Pyrenomycetibus ex ascorum, genera distinguamus diobitandum est. — An vero *Ceuthosp. Lauri* B. n. 2. = Cytispora pulveracea *B. n. 6*, *ex ipso*, hujus generis sit nondum liquet. In maxime analoga *Pyrenophora phaeeomi* ascos egregios depinxit *Berk. S. 185* c. ic.

**) Ad ideam Cel. Desmazieri proposui; alium typum (Micropeltidis *Mont.*) exhibet *Notar. Microm. Ital. IV. f. 4.* Analogia inter haec genera, ut Asterinae, Sacidii etc. manifestissima.

E. Sphaeropsidei. *Leveill.* *)

✝ *Ascis in sporidia, pedicello filiformi thalamio primo adfixa, vulgo septata, reductis.*

[LXIX. Levieuxia. *Fr. Fung. Nat.* **)
Perithecium *carbonaceum*, rigidum, verticale, in stipitem attenuatum, astomum, *dein superne areolato-diffractum*, denudans discum planum e sporidiis stipitatis obscuris (hinc septa inconspicua) pulveraceum.]

LXX. Topospora. *Fr. Fl. Sc.* Cfr. *Fung. Nat.* ***)
Perithecium *fibroso-corneum*, verticale, clavatum l. cylindricum, demum vertice dehiscens, *intus thalamio urceolato vestitum*, sporidiis pedicellatis septatis pellucidis.

1. T. uberiformis. *Fr. 3, 4. S. S. 347. S. M. II. p.* 491.
2. T. proboscidea. *Fr.* 4.

(H. generis videntur *Sph. ventricosa.* P. et plur. Americanae.)

[LXXI. Angiopoma. *Leveill.* l. c. *1841. p. 235.*
Perithecium liberum, membranaceum, subcorneum, cyathiforme, ore circulari dehiscens, *epiphragmate fugaci tectum.* Sporidia basi fixa, pedicellata, septata, sporis distinctis.)

LXXII. Pestalozzia. *Not. Micr. II. t. 19. f. 6.*
Perithecium erumpens, tenue, corneum, demum irregulariter *circumscissum.* Nucleus gelatinoso-floccosus, dein siccus, sporidiis pedicellatis multiseptatis, *apice setigeris.* Robillarda. *Cast. Mars. p. 205.* Setarum, in variis sporidiis observatarum, indolem et functiones prorsus ignoramus, indeque etiam earum vim ad genera distinguenda.

---

*) Cum *Apiosporii* sporarum catenae primitus potius intra ascos natae, quam ex sporidiorum articulis secedentibus, confirmante ore umbilicato, priscos meos Apiosporinos et Dothioreos *Sphaeropsideos* cum Cel. Leveille dicam. Propter faciem cum Sphaeriis conformem pro Sphaeriarum aberrationibus hactenus sumti sunt et caveamus, ne huc referamus omnes Sphaerias ascis destitutas. Cfr. *Sphaerops.*

**) In *Vet. Ac. Handl. 1848*; sed in *Vet. Ac. Förhandl. 1847* Febr., quo loco nostri commentarii expositio exhibetur, dicitur *Natalia*, quod nomen ob homonymon genus Cel. *Hochstetter* dein mutavi. Ob sporidia nigra nulla septa observantur.

***) Priori externa facie simillimum, quare utrumque *ll. cc.* exposuimus, sed structura diversissima, ad Cenangia accedens, quorum statum abnormem cum d. *Lund* vix dicam ob sporidia prorsus aliena. In *Fl. Scanica* ad Dichaenaceas retuli ob dehiscendi modum verticalem, at detectis analogis generibus ad hunc ordinem sine dubio referatur.

1. P. ramealis. *Fr.* 4.
2. P. conigena. *Lev.* 3, 4.
3. P. caulicola. *Lev.* 3. — et plur. indeterm.

[LXXIV. Lichenopsis. *Schw. Am. p. 308. t. 19. f. 6.* *)
Perithecium immersum, circumscissum, *operculo deciduo tectum. Nucleus liber, demum siccus rejectus*, cupulam vacuam relinquens, e sporophoris filamentosis elongatis apice sporidium septatum gerentibus stipatus.]

LXXV. Prosthemium. *Kunz.*
Nucleus fatiscens; sporophora fasciculo sporidiorum; rel. sq.
1. *P. betulinum.* Kunz. 2—4. *B. 1.*

LXXVI. Hendersonia. *Berk. S. 208. t. 11. f. 9.* **)
Perithecium carbonaceum, subinnatum, emergens, subastomum, porose l. irregulariter rumpens. Nucleus farctus dein diffluens, *sporidiis* erectis, pedicellatis *elongatis multiseptatis.* Sporocadus. *Corda* pr. p.

1. H. acinosa. *Fr.* 1, 2. *S. M. II. p. 422. M. N. 769.*
2. H. exilis. *(Alb. Schw.)* 3. *Cord. IV. f. 110.*
3. H. Populi. *(Cord.)* 3, 4. *Cord. ic. III. f. 109.*
4. *H. Syringae. Fr.* l. c. p. 492. 1—4. *S. S. 233.*
5. H. Lonicerae. *(Not. Micr. IV. f. 5.)* 1, 2. Cum Sph. Lon.
6. H. Rosae. *Fr.* 1—4. Sporid. 4-locul., sporis globos.
7. H. Lichenicola. *(Sommerf.)* 3, 4. *Cord. IV. f. 65.*
8. H. Humuli. *Leveill.* 4. Smoland. freq.
9. H. elegans. *Berk.* 4. *B. S. 208.*
10. H. subseriata. *Desmaz.* 3, 4.

Et plures, praecipue in frutic. exoticis.

LXXVII. Diplodia. *Fr.* ***) Sphaeriae spec. *Auctt.*
Sporidia clavata, uniseptata; reliqua prioris. *Berk. in Mag. Zool. et Bot. VI. t. 11. f. 7.*

---

*) Sub nomine *Sphaeroboli crustacei* Schw. Am. p. 234 a divo Auctore recepi, qui omnino idem videtur ac Lichenopsis *l. c. p. 308.* Ad prioris specimina jam pridem *Phacobolum* dixi (et analogia cum Sphaerobolo manifesta), quod nomen praeferendum adhuc censeo, quum Lichenopsidis et nimis vagum est, et reliquis speciebus incongruum, quod vero Mycologorum judicio submittam.

**) Hujus et sequentis generis species in priscis schedulis haud segregavi, quare de unius alterius loco non plane certus sum. Sed species horum generum ita numerosae, ut omnes citare superfluum ducerem. Maxime vero cavendum, ne ad has referamus Massarias, Hercosporas, Dothideas etc. ascis resorbtis, quae vero sporidiis liberis nec unquam pedicello adnatis facile discernuntur.

***) Nomen primitivum *Diplodina*, nunc contractum et ubique receptum, restituere nolui. Septum tam in junioribus, quam *D. mutila* exoleta deest.

a. Confluentes.
1. D. subtecta. *Fr.* 1. *S. M. p. 376.* D. acerina *Lev.?*
2. *D. mutila.* Fr. 1—4. *S. S. 164, 385. Not. IV. f. 7.*
3. D. salicina *Lev.* S. signans. Wallr.? 1—3.
4. *D. Arbuticola.* Fr. 1—4. *S. S. 320. B. S. 188.*
b. *Erumpentes, simplices.* (D. semitecta. *S. S. 319* in Hort.)
5. D. faginea. *Fr.* 2. *)
6. D. Aesculi. *Leveill.* 1, 3.
7. D. Fraxini. *Fr.* 1, 2. Vidi trilocul.
8. D. Juglandis. *Fr.* 2—4. *S. S. 239. B. n. 162.*
9. D. conigena. *Desmaz.* 3, 4.
10. D. Rubi. *Fr.* Suec. occid. Diversa a *Not. IV. f. 6.*
c. *Subinnatae.* Cfr. Sph. Xylostei, Grossulariae, etc.
11. *D. clypeata.* (Nees) 1—4. *S. S. 398. B. n. 157.*
— rosarum. *S. M.* Sph. spurca. *Wallr.*
12. D. mamillana. *Fr.* 1, 3. *S. S. 397.*
(D. sarmentorum. Fr. 1. *S. S. 28.*)
13. D. Ilicicola. *Desmaz.* Norveg.! *B. S. 206.*
14. D. Hederae. *(Sow.)* 1, 2. *S. S. 21. Not. Micr. II. f. 5. B. 192.* **)
15. D. aquilina. *Fr.* 4. *S. M. II. p. 522.* aff. Discosiae!
16. D. Empetri. *Fr.* 3, 4. *l. c.*
17. D. Ilicis. *S. M. I. p. 501. a.* 1. Blek. *B. 168.*
18. D. Taxi. *(Sow.)* 1, 3. *S. S. 22. Not. l. c. f. 9. B. 166.*
19. D. Visci. *(Dec.)* 3. Westerås. *B. 167.*
20. D. Buxi. *(Dec.)* 1, 2. *S. S. 23. B. 167. b.*
21. D. herbarum. *(Cord. IV. f. 63)* 1—4. c. pll. affin.

In hortis Botanicis, praeter supra citatas, ut in S. S. distributas, insuper larga specierum messis v. c. *D. Viticola* Desm., *Kerriae* B. 165, Tamaricis *B. n. 158.* Leguminis Desmaz. *Georginae* Cord. etc. etc. etc.

(LXXVIII. Haplosporium. *Montagn. Cent. IV. p. 65.* Perithecium integrum, innato-erumpens, in ostiolum conicum porosum attenuatum, nucleo gelatinoso-filamentoso, *ascis monosporis diffluentibus*, sporis opacis.)

---

*) Est inter insigniores, peritheciis erumpentibus, simplicibus l. pluribus confluentibus, nucleo ceraceo-flocceso albo. Sporidia 2-locularia, spora ovali-oblonga in singulo loculo, ex quo Haplosporium quasi Diplodiam simplicem fingam. — *D. Rubi* vix Sphaeria punctiformi major, exoleta vero irregularis, epidermide lacerata cincta. Sporidia oblonga minima, bilocularia, opaca, sporulis ne quidem distinctis. Ceterum novum locum priscarum mearum specierum designare tantum volui. N. 17—20 atypicae.

**) Haec species, cum variis exoticis (D. tephrostoma *Lev.* videtur cum Halonia ocellata saepe confundi) propter discum heterogeneum, quem ostiolum perrumpit, peculiare subgenus l. genus potius ad analogiam Haloniae.

++ *Integri, sporis simplicibus sporophoris suffultis.*

LXXIX. Crocicreas. *Fr.* *)

Perithecium liberum, turbinatum, carnoso-corneum, *extus intusque floccoso-fibrosum,* ore umbilicato. Sporae simplices in floccorum nuclei apicibus. Forte h. g. *Alb. Schw. t. 10. f. 5.*

1. *C. gramineum.* Fr. 1—4. *S. S. 368.* S. M. III. p. 249.

[Schizothecium. *Cord. II. f. 105.* **)

Perithecium liberum, membranaceum, verticale, uno latere rima longitudinali fissum. Nucleus gelatinosus, sporis? simplicibus, e lateribus pedicellatis, dein liberis. *Fimicolum.*]

LXXX. Clinterium. *Fr.* ***)

Perithecium erumpens, liberum, carbonaceum, apice rimose dehiscens. Nucleus gelatineso-floccosus, sporis simplicibus in floccorum apicibus Habitus exacte *Gibberae,* pro cujus statu imperfecto habui. Typus *Sph. Sclerotium* Schwein. et al. americ.

1. C. obturatum. Fr. 3, 4. *S. S. 128. S. M. II. p. 495. B. 163.*

LXXXI. Dothiora. *Fr. V. A. II. 1819.* Dothid. sp. *S. M.*

Nucleus serotinus, gelatinoso-grumosus (ater), in stromate erumpente subcarbonaceo, intus carnoso, immersus, *semper astomus.* Sporidia pedicellata, obovata, simplicia monospora. †)

1. *D. pyrenophora.* Fr. 1—4. *S. S. 432. B. S. 199.*

— sorbi. Hyst. *Wahl.* sterile, absque nucleo. *S. S. 129.*

---

*) Heterogenea sub Perisporio, ob habitum consimilem, jungi me neutiquam fugit et in S. M. jam monui; at necesse erat pro tempore nova evitare genera et vereor, ne nunc separata minus placeant. Species habemus plures.

**) Genus mihi ignotum; f. 7 l. c. *Sphaeriam fimeti*, ascis resorbtis, sub eodem augmento bene refert. Si genus recipiatur, nomen mutandum tam ob Schizothecam *C. A. Mey.*, quam Schizothecium *Fenzl.*, et aptius dicatur *Pleurage* a πλευρον et αγη.

***) Ex hac regione *Pyrenotrichum* Mont. Cent. IV. p. 69. n. 93, ad quod Clinterium ducere in animo fuit, at parum evolutum et loco natali mihi adhuc ambiguum, quare characterem in ulterius examen addimus: Perithecium membranaceum, cupulari-depressum, demum circumscissum. Nucleus gelatinosus e floccis myriadeis (ut in Crocicreate, Clinterio etc.) cincinatis acrosporis compositus, sporis simplicibus.

†) Genus valde analogum Pyrenophorae, sed vegetatio et substantia alia; et in Dothioris numquam asci, sed sporidia thalamio pedicello adnata observantur. Saepe steriles, absque nucleo, occurrunt, quale *H. Sorbi* Wahl (in Malo optime fructificat.) Plures species in arboribus exoticis hortorum *Sphaeroidi* proximae.

2. *D. Sphaeroides.* (Sclerot. P.) 1—4. *S. S 431. B. S. 190.*
3. D. laevigata. *Fr.* 4.
— 4. D. tuberculosa. *Fr.* 3, 4. *S. S. 433.* Sporidia globosa.

[LXXXII. Dilophospora. *Desmaz. l. c. 1840. p. 7. t. 1. f. 11*
Perithecium stromati spurio immersum obtectum, poro pertusum. Sporidia cylindrica, continua, utrinque appendicibus filiformibus radiato-coronata *). *Plures species in culmis graminum in terris calidioribus:* Typus D. Alopecuri *Fr. El.* sub Sph.)

Sphaeropsis. Leveill. in Demid. Voy. **)
Perithecium sphaericum, immersum, subinnatum, astomum, demum (epidermide secedente) circumscissum l. irregulariter rumpens. Sporae simplices absque ascis.

Genus mihi nondum satis clarum, heterogenea sensu Auctoris in Ann. Sc. Nat. 1845, 1846, ni fallor, colligens: hoc loco restrixi ad species varias caulicolas, incerti loci, quibus potissimum addendae Sphaeriae n. 25—28, appendicis loco post Dothideam positae.

1. S. picea. (P.) 1—4. *S. S.* 446. Nucleus Depazeae!
2. S. melaena. *Fr.* 1. 2. *S. S. 200.*
3. S. longissima. (P.) 1—4. *S. S. 197. B. n. 97.*
4. S. Arundinacea. *(Sow.)* 1—4. ⎧Haec duae simillimam
5. S. nebulosa. (P.) 1—4. *S. S. 197.* ⎩habent Sphaeriam.
6. S. polygramma. Fr. 1, 2. *S. S. 196.*
7. S. foveolaris. Fr. 1—4. *et affines plurimae.*
— 8. S. Miribeli. *Moug. N. 972* (Buxi. v.?) 1. *S. S. 400.* S. delitesc. *Wallr.*

┼┼┼ *Dimidiato-scutati, subinnati, astomi.*

LXXXIII. Vermicularia. *Fr. S. O. V. nec Tod.* ***)
Perithecium superficiali-adnatum, pilis setosis erectis vestitum, astomum, demum basi secedens. Sporidia fusiformia septata.

) Genus valde singulare et aberrans, Amphiura *Fr. Mscr.*, ex habitu et vegetatione hujus regionis. Analogon est *Discosiae.

****) Quatenus mentem Cel. Auctoris, de Pyrenomycetibus meritissimi, rite perceperim, ad hoc referendae sint omnes Sphaeriacei ascis destituti. At in omni facile horum genere, *tanquam atypici lusus*, deficiunt asci, ut ex hac sola nota saepe impossibile est species distinguere. In majoribus v. c. *Diatrype disciformi* manifestissimum est hunc lusum sistere statum morbosum. Restixi h. l. ad Sphaerias quasdam astomas, de quarum loco incertus sum. In *Sph. picea* sporae simplices in sporophoris l. basidiis terminalia, omnino Depazeae! Hoc sensu est Haplospora *Fl. Scan.*, quod nomen ob Haplosporium *Mont.* mitto.**

*****) Vermiculariae *Tod.* species primaria est Trichoderma, *V. metallorum* non fungus, tertia ipsi dubia s. *V. pseudosphaeria* omnino anceps, nec *hujus generis*. At cum *Vermiculariae* Tod. in hac regio-**

* *epixylae.*

1. V. epixyla. *Fr.* 3, 4. Sph. Vermicul. *Nees.*
2. V. protracta. *Fr.* 4. Ad caules v. c. Periclymeni.

** *caulicolae.*

3. V. maculans. Exosp. *Link.* 2.
4. *V. Dematium.* (P.) 1—4. *S. S. 202. B. 173. exs. 181.*
— minor. S. S. 53. et pl. affin.
5. V. relicina. *Fr.* 3, 4. *B. n. 172.*
6. V. hypodermia. Exosp. *Link.* 1.
7. V. culmifraga. *Fr.* 4. A n. 5 et 8 diversa.
8. V. culmigena. *Desmaz.* 1, 2.
9. V. punctiformis. *Fr.* 1, 2.

*** *epiphyllae.*

10. *V. ditricha.* Fr. 1—4. *S. S. 54.*
11. V. trichella. Fr. 1, 2. *S. S. 203. B. n. 186. M. N. 973.*
12. V. hispidulum. Exosp. *Link.* 1. In Glycer. aquat. fr.

LXXXIV. Actinothyrium. *Kunz.*

Perithecium subinnatum, applanatum, pilis depressis radiato-fibrosum. Sporidia (asci reducti steriles?) fusiformi-filiformia, basi adnata.

1. A. graminis. *Kunz.* 1 – 4. *S. S. 64. Cord. IV. f. 57. B. 1.*

LXXXV. Sacidium. *Fr. Nees! — Leveill.*

Perithecium tenue, scutiforme, dimidiatum, glabrum, basi secedens, obtegens sporas simplices coacervatas.

1. S. microsporum. *Fr.* 1. *) Ad caules herbar.
2. S. umbilicatum. Fr. 1. Caul. Chaeroph. bulbosi.
3. S. Pini. (*Cord. IV. f. 105* sub Coniothyr.) 3, 4.

Reliqua *Coniothyria* mihi ambigua.

F. Phyllostictei. **)

Ostiolum numquam prominet. Perithecium a matrice haud discretum et quasi formatum ut excipulum in analogis *Uredineis*, quo a *Perisporiaceis* liberis facile distincti.

---

ne a variis, v. c. *Nees*, quaesitae sint, ad *novum hoc genus* supervacaneum retuli nomen. *Exosporii* genus, totum et tantum, quam maxime erroneum est, *fibris systematis vegetativi pro sporidiis sumtis.* Reliqua Exosporia *Helminthosporio* proxima!! Species, subtilius distinctae, numerosissimae (*Schw. in Syn. Am.* enumerat 55, quarum plures etiam Europeae); quaedam vero sat insignes v. c. *V. culmifraga*, minuta, difformis, erumpens, fibris erectis confertis septatis obsessa, sporidia fusiformia, septata, iis bene evolutae, hemisphaericae, superficialis *V. relicinae* duplo majora. In eisdem culmis legi.

*) Habitus Vermiculariae, at omnino glabrum, hemisphaericum, punctiforme, magnitudine varium, astomum, atrum, sporis minutis globosis. — *Microthyrium* Not. est quasi *Sacidium* ascigerum.

**) In hoc ordine omnes novas species, definitum locum in S. M.

+ *Typice ascigeri, nucleo firmulo primo farcti.*

LXXXVI. Phoma. *Fr.*

Nucleus (ater) absque perithecio in tuberculo a matris substantia transformato immersus, ostiolo pertuso. *Quasi Pyrenophora innata, ejusque more* primo observante Berkeleyo, *typice ascigera.*

1. *P. salignum.* 1 - 4. *S. S. 283. B. 1.*
2. P. populi. *(Sow.?)* 1. Bleking.
3. *P. Pustula.* (P.) 1—4. *S. S. 205. B. 7.*

— 4. P. Hederae. *Desmaz.* 1. Lund in H. B. *B. 4.*

LXXXVII. Isothea. *Fr. — B. S. 178. t. 10. f. 9.*

Nucleus (coloratus) absque perithecio in folii substantia nidulans, epidermide atrata obtectus, ostiolo pertuso. Asci octospori. *Nuclei tapetio suo communi modo limitati.*

1. I. Rhytismoides. *(Berk. l. c.)* Alp. Norveg. Lapp.

LXXXVIII. Hypospila. *Fr. S. O. V.* Sphaer. sp. *S. M.*

Perithecia globosa, atra, astoma, omnino innata, sub pseudostromate (a matricis substantia atrata), quo secedente circumscissa. Asci tetraspori. Typus *Sph. inusta.* El. — Ut *priores in plantis emortuis l. perennibus tropicis frequentiores.*

1. *H. quercina* s. *bifrons.* (Kunz.) 1—4. *B. n. 104.*
2. *H. populina* s. *ceuthocarpa.* Fr. 1—4. *B. n. 105.*

LXXXIX. Stigmatea. *Fr. Fl. Scan. Cord. IV. f. 119.*

Perithecia globosa, atra, innato-prominula *) nucleo firmo (albo) astomo, demum ore subrotundo dehiscentia. Asci subtetraspori. *In foliis vivis.*

1. S. conferta. Fr. 3, 4. *B. S. 177.*
2. *S. maculaeformis.* (P. pr. p.) 1—4.
3. S. Geranii. *Fr.* 3. *B. n. 9.* Affin. S. circinans *S. M. III.*
4. *S. Robertiani.* Fr. 1—4. *S. S. 423. B. 15. M. N. 862.*
5. S. Ranunculi. *Fr.* 1, 2. *B. n. 12. exs. 347.*

— 6. S. Polygonorum. *Fr.* 1, 2. Cfr. *B. l. c.* —

Et longe plures.

---

receptarum modo indicaturus, de industria omisi, cum e variis generibus, Uredineorum more, omnino infinitae v. c. *Stigmateae*, *Depazeae*, *Septoriae*, *Ascosporae* etc. Caveamus ne tempus et chartam modo perdamus singulis *fungis epiphyllis* describendo, ad typos primarios attendentes. Ne vicesimam quidem partem in collectione mea rite examinandi tempus opportunum adfuit.

*) Perithecia cum epidermide foliorum ita confluunt, ut superficialia appareant. Frequens est ratio, etiam inter Lichenes, has plantas matricis substantiam in suam texturam mutare.

Subg. *Coleroa*, villo brevi obductae. Doth. sp. *S. M.*

8. S. Chaetomium. *(Kunz.)* 1, 2. *B. S. 200.*
9. S. Potentillae. *(Allr.)* 1, 2. *B. n. 13.*
10. S. Alchemillae. *(Grev.* sub Aster.) 3, 4. *B. 14.*

XC. Labrella. *Fr. — B. Magaz. Zool. Bot. VI. t. 7. f. 7.*

Rima longitudinali dehiscentes; reliqua prioris.

1. L. Ptarmicae. *Desmaz.* 1, 2. *M. N. 987. B. S. 107.*
2.? L. Cruciferarum. Sph. *S. M.* 1, 2. *B. S. 191.* ascos non vidi.
3. L. Pomi. *Mnt.* 2. Sph. hians. *Wallr.*

++ *Dehiscentes, nucleo intus fibroso, sporis liberis, nec cum gelatina diffluentibus.*

[XCI. Graphiola. *Poit.* Trichodesmium. *Chev.* *)

Perithecium innatum, late dehiscens cupulare, carbonaceum. Nucleus e floccis in massas fasciculatas conglutinatis, sporis liberis globosis, simplicibus.

G. Phoenicis S. S. n. 413. in Caldariis modo obvia, neutiquam indigena censenda.)

[XCII. Combodia. *Fr.*

Perithecium carbonaceum, fere liberum, astomum. Nucleus gelatinoso-floccosus, sporis (absque ascis) magnis oblongis continuis. *In foliis tropicis* (habitu tamen *Cord. IV. f. 116)*; typo Sph. phyllogeneta *Link.* in Herb. Beyrich.]

XCIII. Depazea. *Fr.* **) — *Berk. Cr. Antarct. t. 163. f. 1.*

Perithecium carbonaceum, subinnatum, astomum, circumscissum in genuinis — l. apice dehiscens. Nucleus sporophoris fibrosis, sporis acrogenis simplicibus (ut in *Sphaerops. picea* etc.)

a. *Folii cuticula secedente liberae, circumscissae.*

1. *D.! Vaccinii.* Fr. 1—4. *S. S. 287. B. S. 192.*

---

*) Qualem equidem legi ab Auctt. iconibus et descriptionibus recedit, praebens thalamium cellulosum, floccis in massas fasciculatim junctis, at conglutinatis unacum sporis liberis. Hinc ad Pyrenomycetes, suadente habitu, non potui non referre. Vegetatio a Gasteromycetum prorsus recedit. Pl. sp. in *Fung. Mexic.*

**) Genus ad sensum primarium Obs. Myc. restituo; in S. M. sub hoc nomine conjunctim tractare cogebar omnes Sphaerias in macula exarida, quarum aliae ad vicina genera pertinent. Nomen a δεπας, cupula, et ζεα, farina, nam discus in peritheciis apertis sub lente farinosus apparet e sporis minimis sporophoris suffultis, exacte ut in icone citata Berkeleyi; etiam in *D. Vaccinii!* (at *Sph. Arecae* ad Sphaerellas ob ascos clavatos octosporos pertinet). Quasdam species sectionis secundae rite fructificantes haud obvias ex habitu huc retuli; peritheciis magis immersis primitusve mollibus (fuscellis) distinguuntur subsimiles Septoriae et Ascosporae. Depazeae insuper vel foliis emortuis l. maculis exaridis foliorum vivorum innascuntur.

2. D. frondicola. *Fr.* 1—4. *B. n. 206.*
b. Maculae exaridae foliorum innatae.
3. D. populicola. 1, 2. A priori diversa.
4. D. Aesculicola. Fr. 1. An Pilidio propius?
5. *D.? Salicicola.* Fr. 1—4. *S. S. 410.*
6. D. Pyrolae. *Ehrenb.* 4.
7. D. vagans. Fr. 1—4. Excl. analogis Ascosp. et Septor. *)
** maculis nullis.
8. D. punctiformis. *Fr.* 1—4. Sphaeria Auctt. p. p.
9. D. alpina. *Fr.* 4. Alpinae plant. v. c. S. Arbuti *S. M.*
[Sporonema *Desm. Ann. S. Nat. 1847. p. 182* ad species apice dehiscentes v. c. D. Aesculicola spectare videtur. *Mscr.* typothetae jam tradito, demum operis laudati fasciculos accepi, ut obiter notem.]

XCIV. Discosia. *Lib.* Phlyctid. *Notar.*

Perithecium innatum, subcarbonaceum, demum collapsum plicatum, ostiolo pertuso. Sporae fusiformes, utrinque in apicem filiformem productae.

1. *D. Artocreas.* (Tod.) 1—4. *S. S. 151. B. 193.*
2. D. alnea. (Xyloma P.) 1—4. Doth. *S. S. 288. B. 14.*
3. D. clypeata. *Not.* 2, 3. Phlyct. *Not. III. f. 7.*
— 4. D. impressa. Fr. 3, 4. *S. S. 152.*

Obs. Cryptosp. acerinum (*Melasmia* Lev.) ex habitu h. g. Acutiss. *Leveille* tamen genere movet.

XCV. Cryptosporium. *Kunz.* **) Leptothyr. *Auctt. Rec.*

Perithecium spurium, scutiforme, e matre nigrefacta natum, sero pertusum. Sporae fixae, fusiformes, contiguae, curvatae.

* *Caulicola.*

1. C. deplanatum. *Fr.* 1, 2. *S. S. 406.* ***)
2. C. imberbe. Fr. 1—4. *S. S. 403.* bis.

---

*) Maxime interest nosse nexum analogarum et in eadem matre obviarum formarum; inter has vero ne minimum quidem auctus specierum numerus. — Longe major pars *Phyllostictearum* P. (et his nomen servandum!) sistunt gregem inter Asteromata, sporidiis elongatis curvatis (Cfr. *Berk Mag. Zool. et Bot. VI. t. 1, f. 1, 2.*) et Ascosporas mediam. Macula exarida in diversissimis generibus obvia v. c. Phacidio, Hysterio etc.

**) Insigne genus, cum Leptostromate confusum, quare meam hujus generis limitationem omnino definitam *pro more* cavillantur. — Mea determinatio authenticis Auctoris speciminibus et descriptione ejusdem clara nititur. *Leptothyrium* K. "sporis rectis" etc. ex ipso est status fertilis Leptostromatis; asci reducti, iis Leptostr. juncini et Hysterioidis (Cnfr. Not.) simillimi. — Species hypophloeodeas *Cryptosporii* Auctt. Rec. sub *Fusomate* forsan distinguas.

***) Sporae copiosissimae, totae pellucidae, curvulae; *Cryptosp.*

** *Epiphylla.* Leptothyrium *Desm.*

3. C. acerinum. *(Cord. II f. 92)* 1, 2. Melasmia. *Lev.*
4. C. Ribis. *(Lib.)* 3, 4. Desmaz.
5. *C Graminis.* Kunz. 1—4.

Et longe plures affines.

+++ Ascosporei, *sporidiis cum gelatina cirrhose profluentibus.*

XCVI. Actinonema. *Fr.* *) (P. quoad mycel.)

Perithecium tenue, primitus molle et coloratum, subnudum, dein umbilicato-pertusum, mycelio libero fibrilloso-radiante, saepe sterili et conidiifero, vulgo instructa Sporidia (majora) 2-locularia. *Berkl. Mag. Zool. Bot. VI. t. 11. f. 5, 6, 3.*

* *Mycelio manifesto, saepe sterili.*

1. A. Padi. *(Dec)* 3, 4. *El. p. 151. B S. 201* c. ic. immat.
2. *A. Rosae.* (Lib.) l. c. *S S. 258. B S. 202 c. ic.*
3. A. Crataegi. P. 1, 2. l. c. *M. N. 864. B. exs. 42.*

** Mycelio evanido l. nullo. A. concava. *B. 194.*

4. A. pallor. *(B. S. 203. t 11. f. 6.)* 1.

Et plures affines

[Ypsilonia. *Leveill. Ann. Sc N. 1846 p. 284.* "Sporidia bi-trifurcata; reliqua Asteromatis." Sporophora potius sistere sic dicta sporidia fingerem generis mihi ignoti.]

XCVII. Asteroma. *Dec.* Dothideae sp. *S. M.*

Perithecia e fibrillis innatis subradiantibus orta, atrata, tota innata, poro subtili pertusa. Sporidia (in typicis) oblonga, curvata, continua intus, granulosa. **)

---

imberbis tenuiores et magis curvatae, Cordae f. 92 *l. c.* bene respondentes. — Magis forma recedit *Berk. in Hook. Cr. Antarct. t. 163*, sed in *Crypt. Populi* (Desm.) varient rectae et curvatae. — A Cr. deplanato diversissima est homonyma Sphaeria (cui S. S. ob homonymiam lapsu calami supra citata) ascis clavatis, sporis acutis fusiformibus sporulosis. Macula nigra accedit ad *Sph. nigrellam* et *calvescentem;* huic vero sporidia bilocularia.

*) Hoc genus, ad Perisporiaceos accedens, a genuinis Asteromatibus conspicue differre videtur. Servavi supervacaneum Actinonematis nomen; cum hoc genus ad Mycelium formatum persistere nequeat, nec novae ejusdem reformationes autonomas plantas praebeant, ut jam e *floccis centrifugis!!*, conidiis modo adspersis, facillime elucet. Thallus *A. Rosae* ad Himantias, Sporotricha, Capillarias etc. relatus. *Cfr. El. Actinonema Robergii* Desm. vero ad *Dendrinam pullam* sterilem spectare fingo. — Asteroma Uvariae *Lev.* an Couturea.

**) Genus nonnisi mycelio a sequ. distinctum; sporidia *A. Epilobii* iis Phyllostictae v. c. Ribicolae simillima.

a. *Thoracella,* caulicola, in maculas definitas confluentia.
1. A. Epilobii. *Fr.* 3, 4. *S. S. 421.*
2. *A. Himantia.* (P.) 1—4. *S. S. 243. M. N. 981.*
3. A. dendritica. 4. Lapp. Phlyctid. *Desm.?*
b. *Epiphylla, in maculas subcontiguas demum confl.*
4. A. xylostei. (S. M. II. p. 561) 1. Scan., Reften.
5. A. atratum. *Chev.* 2. *El. 2. p. 153.*
6. A. vagans. *Desm.* 2. — Doth. Asteroma. *S. M.?*
c. Peritheciis prominulis, filis distinctis.
7. A. Angelicae. *Fr.* l. c. 4. Suec. bor. *B. S. 58.*
8. A. Fumago. Fr. 4. *S. S. 422. B. 11.* — an quoque *B. S. 55.* *)
— 9. A.? subradians. *Fr.* 3, 4. *S. S. 204.*
d.? *Combosira,* peritheciis prominulis concatenatis. Sphaeriae *Dec.*
10. A. reticulata *(Dec.)* 1—4. *M. N. 982. B. S. 64.*
11. A. geographica *(Dec.)* 2. *M. N. 1179.*
12. A. nervisequia. *(Dec.)* 4.

XCVIII. Ascospora. *Fr. Leveill.* — *Kunz. M. II. 2. t. 1. f. 1.* Perithecia globosa, subinnata e macula (in typicis crustosa) prominula. Sporidia rotundato-ovalia l. oblonga, obtusa, contigua, granulis farctae. **)

1. *A. brunneola.* Fr. 1—4. *S. S. 248. B. n. 194.*
2. *A. Asteroma.* Fr. 2—4. *S. S. 328.*
3. A. Spinaciae. *Fr.* 1. In Chenopodiis.
4. A. Ostruthii. *Fr.* 3, 4! *S. S. 4. Cord. IV. f. 118.*
5. A. Aegopodii. P. 1, 2. *S. S.* — *B. 198.*
6. A. Solidaginis. (Fr. Obs.) 2. *Hall.*
7. A. carpinea. 1. *S. M. II. p. 523. Brond. Ag. t. 10. f. 3.*
* *Phyllosticta,* P. pr. p. in macula expallida, sporidiis curvis l. saepe minutis.
1. P. Ribicola. *Fr.* 2. *B. S. 197. c. ic. exs. 316.*

---

*) In *A. fumagine* etiam observare licet fibras. Affinis videtur *A. Prunellae* et pl. n. — An *Doth. Epilobii* M. N. ab A. Epilobii diversa sit, nescio, cum numquam hunc fasciculum viderim, licet Cel. Desmazieres me Auctorem citet.

**) Genus proximis intermedium, undique radians, aegre limitandum, sed formae primariae typum sat manifestum praebent. Ascochyta *Lib.* (non Sphaeriacea!) diversa, ex maxima vero parte hoc et sequens genus, complectitur. Etiam *Cheilaria* Lib., ad omnia quae vidi specimina ex hac regione sit, licet Auctores inter Sphaeriaceos citent; et cum nullum praebent typum diversum, praecedente Cel. *Leveille*, ejus species potissimum dispescam e sporidiis inter Ascosporas et Septorias. Sic *Ch. Arbuti* Desm. Ascospora; *Cheilaria Mori* Septoria. Singulare tamen hujus species apud nos tantum in plantis exoticis hactenus esse observatus, nisi his adnumeres *Sph. Cruciferarum S. M. II. p. 525. B. S. 191.*

2. P. cruenta. *Fr.* 4.
3. P. destructiva *Desmaz.* 2.
4. P. vagans. Fr. (collectiv.) — Sph. Dianth. *A. S. B. 104.*

Et infinita affinium copia.

[Stigmella. *Leveill. in Voy. Demid.*

Perithecia globosa, innata. Sporidia versiformia, varie septata. *Mihi ignot.*]

IC. Septoria. *Fr.* — *Kunz.* *)

Perithecium immerso-innatum, sphaericum, poro pertusum. Sporidia fusiformia, cuspidata, septata vel in tenuissimis (curvatis l. flexuosis) tantum intus granulosa, cum gelatina profluentia.

1. *S. Ulmi* Fr. 1—4. S. S. 350. B. 1.
2. S Populi *Desmaz.* 1—4.
3. S. Oxyacanthae. *Kunz.* 1, 2. B. 2.
4. S. Urticae *Desmaz.* 3, 4.
5. S. Anemones (Dec.) 3, 4.
6. S. Virgaureae. (Dec.) *Desmaz.* 2, 3. Non Puccin. *Corda!*
7. S. heterochroa. *Desmaz.* 1—3.

Et plurimae Phyllosticteae sub collectivo nomine *S. vagantis* notandae. **)

[C. Phlyctema. *Desmaz. Ann. S. N. 1847. p. 16.*

Perithecium spurium, ab epidermide nigricante formatum; reliqua prioris. *Mihi ignotum*, nisi Cryptosporium]

++++ Appendix, *absque vero perithecio. Cfr. p. 408.*

A. Libertella. *Desmaz.* pr. p. ***)

Sporae tenuissimae, fusiformes, contiguae, pellucidae, sub epidermide plantarum in nucleos conglutinatae.

1. L. Equiseti. *Desmaz.* 4!
2. L. betulina. Fr. — Sub *S. S. 372.*

[B. Microthyrium (ecium). *Corda.*

Sporae simplices, nucleolo farctae, atrae, in fungorum substantia (tapetio nucleorum communi cinctae) in nucleum conglutinatae.]

---

*) Species typicae, v. c. *S. Ulmi*, *Oxyacanthae* admodum manifestae; interdum perithecium fere obliteratur. Sub Phlyctospora et Helicobolo habet Wallroth.

**) Neottiospora *Desm. l. c. 1843. p. 346* differt sporidiis apice 3-4-setis. Cfr. Pestalozz.

***) Libertellae hypophloeodeae, multiloculares, cellulosae v. c. *L. faginea*, *betulina* Nemasporae sistunt statum typicum, at has formas simplicissimas removendas non dubito. *L. betulina* sistit puncta minutissima in foliis, in quibus disparuit Perisporium.

Observationes:

I. Si Mycologis liberalibus et ingenuis placuerit seni, quem depontanum forsan censent, symbolas suas communicare, mentis oculorumque acie nondum obfuscatis, ad studia mea hujus familiae, 1836 abrupta, laetus revertam. Ut vero Systema Mycologicum editurus jam novam hanc dispositionem moliebar (at in opere universali non nisi stabilita et ad singularia perducta recipienda fingebam), praesens jam in multis mihi antiquata est. Non possum non mirari Auctores, qui varia in Systemate Mycologico (quod in vicesimo et quinto aetatis meae anno, e naturae et litterarum autopsia, nam aequales prorsus fungos negligebant, tantum conscriptum est) nunc temporis avide vituperant, quasi ipse post triginti annorum continuata studia, subsidiis ita mirifice auctis!, nullos fecissem progressus.

II. Gravissimae difficultates in Pyrenomycetum studio profisiscuntur ex infinitis formarum tam typicarum, quam degeneratarum copiis. Necesse omnino est in posterum perfectiores et melius evolutos praecipue attendere; genera Sphaeriaceorum, quamvis ut typicae et specierum ditiores se invicem magis approximare videantur, inferiorum ordinum atypicis multiplo nobiliora. Praecipuus errorum fons est nostro aevo paene inveterata, Linnaeo vero observante, falsissima opinio: in naturae organicae studio ab infimis formis esse incipiendum et ad summa dein progrediendum; haec methodus mathematica ad naturam inorganicam pertinet. — Disciplinae enim mathematicae nituntur axiomatibus, non vero historia naturalis. In hac enim omnia pendent a typorum, in summis tantum manifestatorum, cognitione, sine qua inter infimas tantum erras et verum typum divinare non licet — Novis generibus et speciebus *) describendo vix amplius vera harum plantarum cognitio augetur; exploratis jam vegetationis rationibus primariis, tantum ascorum, sporidiorum, sporarum etc. morphologico studio, in quo nunc praecipue occupati simus. At quamvis varia jam persentiam, quae singularia reformabunt,

---

*) Hac de caussa plurimas novas species omisi et nemo fingat me magnam vim tribuere multis novis generibus, e quibus tantum recepi ad dispositionis conspectum necessaria. Facillimum sane negotium aliquot decades addere, v. c. typo *Sph. medusina* El., *Sph. Cenangio* Corda etc. Unica antiqua et bene evoluta *species* per omnia evolutionis stadia rite observata majoris momenti est quam novum genus — et genus *naturale* majoris quam systema artificiale.

haec in praesente proponere non ausus sum; typica vero identitas, in plus minusve repetita cellularum formatione posita, manifesta est, facile explicans, cur in eadem specie earum evolutio, in definitis formis, saepe subsistat.

III. Nullam Pyrenomycetum speciem sine subtili analysi nunc temporis esse proponendam facile liquet. Caveamus vero, ne singulam obviam formam censeamus typicam, et adhuc magis ne has differentias summas fingamus *). Simillimi fructificationis typi obviam veniunt in diversissimis Fungorum, Lichenum et Phycearum generibus, ut facile dicam, mere analyticas dispositiones omnem affinitatem naturalem vulgo amittere. Gaudent semper tirones definitis characteribus, quales vero in rerum natura haud existere novit peritus vel potius — summi characteres, sedulo inquirendi, nobis semper tamen latebunt. Omne nostrum studium modo est approximativum, quo forsan intelligetur, cur semper altius quoddam et sublimius quaeram, quam pro tempore proponam. Nam, qui se in his aliquid absolutum invenisse fingit, is se ipsum et alios fallit. Malo igitur contra characteres, quam affinitatem naturalem peccare. Sed *affinitas* nullo modo posita est in *externa facie*, sed in vegetatione, metamorphosi, aliisque biologicis momentis. Haec nec externis notis, nec ex analysi perspiciuntur, sed multiplici et diuturna, passiva tantum observatione discuntur.

IV. Me haud fugit aliud a Cel. *Ducaisne* propositum esse genus Phycearum, Leveillea. Hoc vero praestantissimi Phycologi (*J. Agardh Linn. 1841. p. 25. Areschoug* et pl.) a *Polyzonia* non divellendum testantur, quare Mycologo peritissimo nobilissimum Pyrenomycetum genus dicavimus. *Cryptodiscus* vero est ubique receptum Umbelliferarum genus, ut vel hac de caussa non transferatur in *Stictides* Pers.

---

*) Cfr. quae de characterum gradatione in Systematis expositione attulimus.

Fam. DXIV. *Gasteromycetes.* (Willd.) Fries.

Absolutis jam Fungis thalamiferis, quorum seriem ad infima stamina persecuti sumus s. *Entophyta*, inter quae, ut animalia et vegetabilia inter Infusoria, cum Coniomycetibus, alterius seriei infimo puncto, prorsus colliduut — ad alteram seriem parallelo-oppositam, absque thalamio genuino et contiguo, progrediamur. In hac fastigium sistunt Gasteromycetes, a sequentibus familiis facillime distincti tam vegetatione, mycelio coenotoco, quam peridio genuino et contigue contexto, sporis in centro ipsius fungi coacervatis. (Peridiola Mucorinorum, ut cellulam simplicem sistentia, et floccorum caespites dente intertexti in variis Hyphomycetibus cum vero peridio non confundi possunt, excipula spuria Aecidiorum ne comparari quidem). Haec familia olim latiori et prorsus vaga limitatione omnes facile Fungos angiocarpos colligebat; sensu vero Florae Scanicae, hoc loco adoptato, Gasteromycetes inter omnes fungorum familias maxime naturales sunt et strictissime limitati; infimi Myxogastres versus reliquam naturam prorsus abruptam seriem terminant. Gymnomycetum affinitas tamen manifesta est; demto peridio, in Gasteromycetibus accedente, fructificatio et sporarum genesis fere eadem est. Longius distant Coniomycetes; tota vegetatio, quod primarium est, prorsus opposita. Omnes Gasteromycetes systema vegetativum habent superficiale et libere evolutum, quod metamorphosi perfecta in fructificans abit. Hinc Gasteromycetes vulgo terrestres vel eadem species supra varia corpora profusa, ut stricte dictu nullus Gasteromyces parasitetur. Varia hac morphosi et biologicis rationibus Gasteromycetes prae ceteris attentione digni sunt.

His rationibus proxime accedunt ad Hymenomycetes, utpote in pari, indeque analogo, evolutionis gradu positos, modo in opposita serie; Hymenomycetes maxime exospori, Gasteromycetes maxime endospori. Comparando singulos ordines, in pari evolutione positos, v. c. Tremellinos et Myxogastres, Trichodermaceos (v. c. Onygenam) et Clavarieos, tam haec analogia, quam adhuc evidentius discrepantia elucet. Inter plurimas et gravissimas differentias haud praetervidendum, sporas Hymenomycetum semper liberas in aëre nasci, Gasteromycetum vero semper in proprio cingente medio, vulgo pulposo et fluxili, quare primitus carnosi v. c. Lycoperdinei sub sporarum evolutione deliquescant, priusquam hac pulpa iterum exsiccata pulveracei. De unione igitur Hymeno- et Gasteromycetum, meo sensu, numquam erit sermo; genera quaedam peregrina et maxime recedentia v. c. *Catachyon*, *Polyplo-*

cium, externa forma Hymenomycetes quidem imitantur, quales paradoxos lusus ubique at rarius natura enititur (v. c. Nymphaeaceas aliasque inter Mono- et Dicotyledoneas ambiguas, harum differentias tamen non tollentes), nullo modo transitus genuinos sistentes *). — Totius vero familiae *analogia* cum Hymenomycetibus patet e vegetatione liberata, mycelio coenotoco, metamorphosi perfecta, sporarum, sporophoris exosporis vulgo suffultarum, indole. Neutra porro familia, ut suae seriei typum et fastigium nacta, ullam cum Algarum classe praebet analogiam, cum Disco- et Pyrenomycetes Lichenosis, at Hypho- et Coniomycetes Phyceis infimis plene respondent. (Quamvis nulla adsit affinitas cum Fucaceis, Gasteromycetes ad sequentes familias se habent, ut Fucaceae ad Confervaceas et Protococceas.)

Accedit porro species ipsas in summis familiis multiplo nobiliores (naturae enim Aristocratia aeterna est) esse, quam in inferioribus, ut nova species inter hos majoris fere momenti, quam novum genus inter Entophytos. (Qui fungorum naturam, morphosin et Biologicas rationes percipere cupit, is non infimis amphibolis formis studebit, sed prima perfectiorum stamina ad plenam evolutionem persequetur.) Inter omnes fungorum familias Gasteromycetes quoad specierum numerum pauperrima est; sed eo ipso abit in genera nobilissima et distinctissima, hinc antiquitus vulgo distincta. At recentiori aevo, studiis praecipue Cel. Berkeley et Montagne, plurima nobilissima, exotica genera accesserunt, ut taceam nuper paene detectum Tuberaceorum orbem. At cum singula facile species genuina essentiales praebet differentias, v. c. Trichospermorum in capillitio et peridii dehiscendi modo, caveamus ne ex his genera naturalissima v. c. Geastrum, Reticulariam etc.; etc. laceremus. Subgenera Geastri genere non esse movenda (ad quod specierum copiae, ut inter Agaricinos, insuper non cogunt, ad analogiam Cruciferarum et Polygonorum) probo ex eadem exacte oris varietate in aeque naturalissimis generibus v. c. Tulostomatum, Mitromycetum etc.; immo etiam Lycoperdorum, quorum species tamen a genere divellere nemini facile in mentem veniat, Sclerodermatum e. s. p. Inter Myxogastres varia dehiscendi ratio adhuc magis fallax est, utpote e plus minus jove sicco praecipitata evolutione pendens; praebere possum individua ex eodem mycelio nata v. c. *Didermatis stellaris* et stellato- et squamuloso-dehiscentia; *Perichaenae populinae* peridiis et apice fissis et circumscissis. Maxime naturale Craterii genus in plura vix

---

*) Taceam vero hoc loco *Montagnitem*, nobilissimum Fungorum genus, quod, Hymenomycetum et Gasteromycetum quasi commune fastigium, et in neutra, et in utraque familia pro diversis rationibus citandum est.

solvetur ab ullo, qui affinitatem naturalem non prorsus spernit; recedentes formae potius sint e praecipitata evolutione monstrosae degenerationes. Naturalia genera characteribus aegre vulgo circumscribuntur; artificialia, ut a charactere *tantum* pendentia, facillime.

Speciebus paucis, generibus vero numerosis, omnibus acute definitis Hymenomycetibus porro oppositi sunt Gasteromycetes. Hujus explicationem praebet centrum Thalamiferae seriei in summis ordinibus, hinc vastissimis v. c. Agaricinis, Elvellaceis, Sphaeriaceis, positum; cum in altera serie centrum in infimis positum ordinibus, hinc vastissimis v. c. Myxogastribus, Sepedonieis et Mucedineis, Uredineis. In priori serie superiores tres ordines typum singulae familiae optime exprimunt, in altera vero tres inferiores. Hae rationes ubique aeque manifestae ac memorabiles, praecipue si attendamus transitum ad reliquas familias, qui non ut vulgo fit per infimas formas, sed per summas, ut inter Gasteromycetes mox infra exponatur, inter Gymnomycetes per Isarias ad Hymenomycetes e. s. p. — Ordines hujus familiae insuper maxime et acute limitati, utpote *diversa vegetationis historia*, *summa attentione digna* (cfr. Syst. M.) insignes. Ad singulos vero accedit unum alterumve externa forma a reliquis remotum, in Systemate vero non removendum, genus. Dubia tantum movent *Tuberei* inter Tuberaceos; e characteribus illi strictius ad Thalamiferorum seriem pertineant sporophoris suis endosporis s. ascis; reliqua vero ad unguem quadrant in reliquos Tuberaceos. At observatis cellulis matricalibus sporarum persistentibus in Elaphomycete, Onygena; brevi resorbtis in Trichaceis et pluribus aliis, illa ex ascis differentia paene tollitur; et rem a priori consideranti facile patet. omnes sporas primitus in cellula matricali necesse generari, licet in multis tam rapide resorbantur, ut oculos nostros fugiant. Multiplici experientia, nec e vaga vel levi hypothesi, plene mihi persuasum est, fidem in harmoniam naturae et sensum nativum in Systemate magis fideles esse duces, quam subtiles, varia interpretatione facile collabentes, characteres. Quamdiu vero objecta non novimus, characteribus abstrusis (systematibus artificialibus), quibus illa facillime dignoscuntur, semper maxime favemus; peritiores vero facti, integrumque campum uno quasi conspectu intuentes, facile intelligimus, quam fragilis spes et inanis contentio sit rerum naturam abstrusis velle circumscribere characteribus, quasi manibus prensaremus. Verus scientiae finis est typos rite excipere, et ad hos recedentes lusus reducere. Non ex acie oculorum, sed ingenii, *multiplici* in singularibus experientia exculti, nascitur systema.

Cum genera, et species saepe, inter reliquos fungos in remotissimis terris vulgo communes sint, inter Gasteromycetes plerumque admodum variant. Plurima genera Europaea cosmopolita sunt; ab exteris terris quam plurima habemus peculiaria vel species Europaeis magis luxuriantes v. c. Phallorum. In genere infimi *Myxogastres* centrum suum habere videntur in Zona frigidiori (adhuc in Lapponia luxuriant) vel, strictius dictu, sub *jove temperato pluviis aestivalibus largo*, horum vegetationi maxime favente. In terris tropicis et australioribus evolutio eorum frequentius calore nimio abrupta et frustrata. Lycoperdacei et Tuberacei praeamant zonas temperato-calidiores, *pluviis hiemalibus fruentes*, subterraneae plurimorum morphosi necessariis; praecipue Tuberei terras hieme firmiter congelatas fugiunt, ut ne unica quidem horum species in Scandinavia inventa sit. At in Britannia ob hiemes mites climatis insularis adhuc luxuriant. In tropicis demum regionibus, *aëris calore et humiditate maxime accumulatis*, optime luxuriant Phallodei, indeque versus septentrionem ita rarescunt, ut unica modo species Sueciam mediam attingat, altera ad limites australes subsistente. Intermedii illi ordines, Nidulariaceorum et Trichodermaceorum, magis aequaliter dispersi sunt.

Series superior Gasteromycetum s. *Angiogastres* radios praebet versus Familias thalamiferas, nempe Phallodei et Tuberaceorum pars ad Hymenomycetes, Tuberi ad Discomycetes; Nidulariacei ad Pyrenomycetes; in inferiori serie s. *Trichospermis* Lycoperdacei familiae centrum constituunt, Trichodermacei radium praebent ad Gymnomycetes et Myxogastrium prototypos inter Coniomycetes inveniemus. Sic in omni a me data dispositione omnia intima necessitate cohaerent, ut nullius ordinis locus, quod in Systematibus vulgo fit, sit subjectivus, sed objectivis argumentis nitatur. Sed cum plantae, Linnaeo jam observante, "undique monstant affinitatem" secundariam semper indicare studui analogo loco, i. e. in pari evolutionis gradu posito, in reliquis familiis, ad quem, ut ita dicam, Systematum genium paucos attendisse miremur. Singulare vero harum plantularum studium omnino frustraneum mihi videtur, nisi eo percipiamus harmoniam, quae universam naturam animat. — Dispositio in Fl. Scanica data sequens est:

+ *Angiogastres.* **Sporidia receptaculis propriis persistentibus recepta, haud pulverulenta.**

I. ***Phallodei.*** **Peridium volvaceum, discretum, duplex, gelatina distentum. Receptaculum liberum, sporis in strato mucoso.**

a. ***Phallei.***
b. ***Lysurci.***
c. ***Clathrei.***

II. *Tuberacei.* Peridium cum massa interna carnosa cavernoso-cellulosa concretum; receptacula e thalamio interrupta, sporophoris acrosporis (sed in *Tubereis* endosporis!)

a. *Hymenogastrei.*
b. *Tuberei.*
c. *Endogonei.*

III. *Nidulariacei.* Peridium discretum, includens sporangia subcarnosa, lenticularia l. globosa libera endospora (in Sphaerobolo solitaria).

a. *Nidularici.*
b. *Myriococcli.*
c. *Carpoboli.*

++ *Trichospermi.* Sporidia capillitio floccoso inspersa, matura laxa, pulverulenta.

IV. *Lycoperdacei.* Primitus carnosi, saepe compacti, peridio subcoriaceo l. papyraceo omnino contiguo.

a. *Podaxonei.*
b. *Diplodermei.*
c. *Lycoperdei.*
d. *Sclerodermei.*
e. *Cenococcei.*

V. *Trichodermacei.* Primitus floccosi, peridio e floccis laxius contexto, vulgo disparente.

a. *Onygenei.*
b. *Trichocomei.*
c. *Trichodermei.*

VI. *Myxogastres.* Primitus mucilaginosi, fluxiles; peridio crustaceo l. membranaceo.

a. *Aethalini.*
b. *Didermacei* et *Physarei.*
c. *Stemoniteі.*
d. *Trichiacei.*
e. *Liceacei.*

A. Phallodei. *)

+ Phallei, *mitrati l. capitati, stipite discreto.*

I. Phallus. *Linn.*

Recept. campanul., liberum, reticulato-cellulosum, umbone cartilagineo pertuso.

1. P. impudicus. L. 1—4. ad Suec. med. *B. 1.*

[II. Simblum. *Klotzsch. — Berk. Hook. Journ. V. t. 17. f. 1.*
Rec. capitatum, adnatum, rugis anastom. crispum, impervium.]

[III. Satyrinus. *Bosc. — Fr.* **)
Recept. conicum, marginat., laeviusculum, apice pertusum.]

IV. Mutinus. *Fr.* Cynophallus. Fr. *Olim.* ***)
Rec. capitatum, immarginat. laeviusculum, apice impervio.

1. M. caninus. *(Huds.)* 1. Scan. Dan. *B. 3.*

+ + Lysurei, *stipitati, rec. laciniato-partito.* †)

[V. Lysurus. *Fr. — Berk. in Lond. Journ. V. t. 17. f. 2.*
Stipes prismaticus, recept. lobis erectis *discretis* exosporis.]

[VI. Aserophallus. *Mont. Ann. S. N. 1845. t. 14. f. 1.*
Stipes contiguus, capitatus, apice endocarpus sub-4-fidus.]

---

*) Ordo ultimis lustris numerosis speciebus e terris calidioribus exoticis auctus, ut plura genera admittenda. A Phallo vero moveri nequeunt, meo sensu, *Dictyophora* s. Dictyophallus (non Corda, in quo nec indusium cribrosum adest, nec receptaculum cribrosum), Hymenophallus *(H. Hadriani*, per duo secula non observatus, ortus e mala Ph. impudici icone) *Sophronia* P. c. s. p.; indusium est annuli analogon inter Agaricos et a Phallo impudico, per P. limbatum, ad P. duplicatum et ab hoc ad laxissimas Dictiophoras series prorsus contigua. Genera *Foetidaria* St. Hil. et *Staurophallus* Mont. adhuc obscura sunt.

**) Hoc genus ad Phallos accedit, ut Verpa ad Morchellas, stipite lacte coronato, umbonis callosi defectu, superficie laevi l. subtiliter reticulata clare differt. A typo, *Satyrino rubicundo* Bosc., confirmantibus analogis formis inter Verpas, series contigua ad *S. aurantiacum* (Phallus. *Mont. Cent. II. p. 102*) receptaculo toto fere adnato, margine tantum soluto. His plures accedunt species intermediae.

***) Mitrulae analogon, pileo laevi l. *obsolete tuberculoso*, neutiquam reticulato; ad Satyrinum accedens ut Simblum ad Phallum. II. g. M. curtus *Berk. C. I. n. 67* sub Phallo. Prisca mea nomina *Lejophalli prioris* et *Cynophalli* hujus generis mitto, cum nomina ex alii l. aliorum generum nominibus composita merito rejecta a Linnaeo (*Phil. Bot.* §. *227.*)

†) Lysuri genus a reliquis, inter se valde affinibus, admodum recedit. In his receptaculum abit in peridium, quare strictius peculiarem sisterent tribum. Calathiscus cum Aseroë rubra comparatus genus distinctum praebere omnino videtur, at speciebus nuper detectis v. c. *A. viridi, Zeylanica* B. omnino confluit, ut merito junxerit Cel. *Schlechtendahl.*

[VII. Aseroë. *LaBill. Berk. l. c. III. t. 5.* Stipes contiguus, apice in radios bifidos divisus.]

[VIII. Calathiscus. *Mont. Cent. II. p. 103. t. 16. f. 2.* Stipes in recept. cupulare ampliatus, radiis simplic. cirrhos.]

+ + + Clathrei, *sessiles, cancellati.*

[IX. Clathrus. *L. — Cord. Ic. V. f. 49.* Costae cellulares.] *)

[X. Ileodictyon. *Tulasn. — B. Cent. 1. t. 11. f. 8.* Costae tubulosae.]

B. Tuberacei. **)

+ Hymenogastrei. *Vitt.*, sporophoris acrosporis.

[XI. Gauticra. *Vitt.! Klotzsch. in Fl. Bor. t. 464.* Hymenangium nudum, radicans, totum e tramis intricatis anastomosantibus formatum, extus intusque cavernosum, scrobibus difformibus undique hymenio vestitis, sporophoris subdisporis, sporis striatis.]

XII. Rhizopogon. *Fr. Symb. Gast. — Menz. Pug. t. 6. — Klotzsch. l. c. t. 382.* Hysteromyces. *Vitt.! ined.* Peridium concretum, floccosum, demum irregulariter rumpens, fibrillis laxis radicans; intus *venoso-cellulosum*, scrobibus minutis primo cavis, trama tenui, sporophoris obsoletis 2-4-sporis, sporis oblongis laevibus. (*Tulasn. in Journ. Bot. Ital.* — at non adest.)

1. R. luteolus. *Fr.* 4. Suec. austr. occ. pinetis sabulosis fr.
2. R. virens. (*Alb. Schw.*) 3. Smol. alt. *Krombh. t. 60. f. 13-20.*

---

*) Singula fere species a recentioribus genere movetur sc. *Laterneа*, *Coleus*, *Clethria* s. Clathr. crispus; sed equidem nullas differentias genericas vidi; habitus, color, odor ceterum prorsus idem. *Ileodictyon* simillimum quoque, indolis tamen diversae, edulis.

**) Me Syst. M. edituro, integer hic ordo sub Tuberis genere confusus jacebat. Cum nulli fungi a terris nostris magis peregrini, gravissima penes me dubia, apud nos haud solvenda, movebant auctorum descriptiones, quare Italis Botanicis horum studium commendabam. Spem Cel. *Vittadini* mox implevit; *Klotzsch*, *Tulasne*, *Berkeley* dein superarunt, nec reticendae symbolae *Wallrothii*, *Cordae* etc. Iis temporibus nemo praeter me in Europa fungos majores colligebat, quare duo modo venalia *Tubera* mihi comparare potui. Duas a me lectas species, *Rhizopogon luteolum* et *album*, ab his genus sistere diversissimum, ex iis videbam. Characterem cum Tubere (istis temporibus incomplete descripto) tantum comparativum tum datum nunc temporis videri incompletum *nemo aequus* carpet. — Plures succesive etiam apud nos innotuere, at parce obvii.

XIII. Hymenogaster. *Vitt.!* Hymenangium. *Klotzsch. l. c. t. 466.* Sphlanchnomyces. *Cord. Ic. VI. f. 76, 84.* ex B.

Priori persimile, cum quo nos et cel. *Klotzsch* primo junximus, sed barba radicans nulla, hymenangium fragile, intus carnosum cellulosum, *vix venosum*, sporophora prominula vulgo 1, 2-spora, sporis crassis variis. Cfr. *Tulasn. in Ann. Sc. Nat. 1843. 1. p. 373.*

1. H. albus. 2. Scan.! Rhiz. albus. *S. M.! B. 1. S. 296.*
2. H. citrinus. *Vitt.* 3. V.Goth.

Accedit spec. indeterminata.

XIV. Mylitta. *Fr.* Cfr. *Fl. Scan.*

Peridium induratum, extus verrucoso-furfuraceum, carnem firmam venis maculisve difformibus, demum cavis, variegatam corticans. Sporophora brevissima, monospora, sporis laevibus. *Trama crassa, firma.*

1. M. venosa. Fr. 1. Ronneby. *Lindbl. in V. A. H. 1830.* *)

XV. Hydnangium. *Wallr. — Klotzsch. l. c. t. 465.* **)

"Fungi globosi carnosi solidi, peridio solubili nudo, intus cellulosi, cellulis cavis hymeniferis, sporophoris 2-4sporis cystidiis conicis immixtis, sporis sphaericis echinatis, sterigmatibus longis suffultis." *Tulasn. l. c. p. 376.*

1. H. spec. *e Scania*, nondum determ.

[XVI. Octaviania. *Vitt. t. 3. f. 7.* (inclus. sequ.) *Cord.* — *Tulasne l. c.*

Proximis intermedium genus, sporophoris in hymenium stipatis, sporis echinatis sterigmatibusque praecedentis a sq. diversum, a priori vero differt cellulis subfarctis, septis glutinosis cum pulpa diffluentibus vel exsiccatis induratis, sporis pulveraceis sequentis; quibus hoc et seqq. genera inter Tuberaceos et Lycoperdaceos Sclerodermeos prorsus ambigui sunt.]

---

*) Cum generibus Vittadini! Berkeleyi!, e speciminibus auth. mihi cognitis, et Tulasnei comparavi, at cum nullo comparare potui. Habitum *M. Pseudo-Acaciae* exprimit Vittad. t. II. f 2., *M. venosae Vitt. t. II. f. 1.* quoad internam structuram. Sed nostrae species ascigerae non sunt, ideoque admodum diversae. Quam maxime dolemus nobis non concessum fuisse exhibere icones, sine quibus frustaneaneum intellexi etiam nobilissimas describere species. Quamvis specie diversa sit, congenerem prorsus ex icone fingo Sphlanchnomycetem Corda apud *Sturm. t. 2.* Cfr. *Ind. S. Myc.*

**) Summopere insignis, ponderosus, magnitudine capitis infantis, totus firmus, albidus, venis anastomos. saturatioribus lutescentibus; odore gravissimo, cadaverino, et maxime penetranti, ut in conclavibus quattuor januis remotis intraret. Lectus *sub terra* Blekingiae ad radices Alni. *Vidi iconem*, nam propter foetorem conservari non potuit.

XVII. Hyperrhiza. *Bosc.-Ind. S. M.!* Cfr. *Fl. Scan.! Klotzsch. t. 468.* Melanogaster. *Cord. — Tulasne l. c. p. 377.* *)

Peridium coriaceum, concretum, indehiscens, extus fibrillis terram petentibus radicans, intus septis firmis cellulosum, scrobibus materia atramentosa diffluente l. exsiccata pulveraceo-compacta farctis, filamentis apice clavatis tetrasporis, sporis sessilibus laevibus, instar Polysacci, cui jungitur a Michelio etc.

1. H. tuberosa. *Ind. S. M.* 1. Scania Malmö. *Linn. V. p. 695.*
2. H. variegata (Octav. Vittad.) 4. Dalekarlia.

XVIII. Hysterangium. *Vitt. t. 4. f. 2, 15.*

"Fungi globosi, solidi, carnoso-cartilaginei, demum mucosi diffluentes, radicantes, intus cavo-cellulosi, septis e basidiis, sporas 2 (raro 3, 4) oblongas obtusas sessiles gerentibus, compositis, sporis minimis laevibus." *Tulasne l. c. p. 375.*

1. H. membranaceum. *Vitt.* 1. Lund, Paradislyck.

[++ Tuberei. *Vittad.*, ascigeri **)

XIX. Tuber. *Mich. — Vitt. p. 31. Cord. V. f. 46.*

XX. Choiromyces. *Vitt.* p. 50. *Tulasn. A. S. N. 1845. p. 348.* Rhizopogon. *Cord. V. f. 44, 45.*

b. Terfezia. *Tul.* l. c. ***)

XXI. Pachyphloeus. *Tul. Journ. It. p. 60. B. S. 319.*

---

*) Synonyma generis dedimus in *Fl. Scan.*, nempe Sclerodermatis (Lycoperdoidis) spec. *Mich.*, *Hyperrhiza* Bosc., Octavianae pl. sp. *Vitt.* Bulliarda *Jungh.*, Argylium *Wallr.*, Melanogaster *Cord.* — Ad *H. variegatam* retuli fungum sub nomine *Ikorr-svamp* (Sciurifungum) Dalekarliae notissimum, qui exsiccatus et assatus praestantissima censetur et usitissima est esca ad Sciuros capiendos. *H. tuberosa* videtur omnino H. liquaminosa *Klotzschi*, sed noster Oct. ambigua *Vitt.* duplo major, Polysacci habitu.

Maxime commendarem hos Botanicis nostris, si quis praeter me fungos curaret. Varios olim vidi, sed amissos negligere coactus fui.

**) De vero loco hujus gregis omnino ambigitur, stricte peculiarem sisterent inter Discomycetes et Gasteromycetes familiam, sed tota historia et indoles praecedentium. *In Scandinavia* ne unica forma lecta est, quare enumerationem tantum generum dabimus. In his limitandis Cell. *Tulasne*, candidissimos et subtilissimos Auctores, stricte secuti sumus. Dolendum characteres synopticos haud esse datos, ut nexus uno quasi conspectu intueatur.

***) H. l. *Tuber niveum* Desf., sed analysis a Cel. *Corda apud Krombh.* aliud sistere videtur genus. Laudati Auctoris analysis *Rhizopogonis* l. c. forsan Choiromycetem spectet, sed *Krombh.* planta est vera Rhizopogonis spec., nostro sensu.

XXII. Delastria. *Tul. A. S. N. 1843. p. 379.*

XXIII. Hydnobolites. *Tulasn. A. S. N. 1843. p. 378. B. exs. 302.*

XXIV. Balsamia. *Vitt. p. 30. t. 5. f. 6.*

XXV. Picoa. *Vitt. p. 54.* Tulasn. *A. S. N. 1845. p. 351.*

XXVI. Hydnocystis. *Tulasn. I. It. II. p. 59.*

XXVII. Genea. *Vitt. - Klotzsch. t. 414.* Hydnocaryon *Wallr.*

XXVIII. Sphaerosoma. *Klotzsch. t. 474.*]

[+ + + *Endogonei,* Vesiculiferi. *B.*

XXIX. Endogone. *Link.* Glomus. *Tul. I. I. p. 63.*]

C. Nidulariacei.

+ Nidulariei. *Tul. Ann. Sc. N. 1845.*

XXX. Cyathus. *Hall. — Fr. Symb. — Tulasn. l. c.*
Cyathiformes, epiphragmate tecti. Sporangia arillata, lenticularia, subtus umbilicata, funiculo affixa.

1. C. striatus. *Hoffm.* 1, 2. *B. n. 1.*
2. C. campanulatus. *(Sibth.)* 1, 2. *B. n. 2.*
   — agrestis. 1—4.
   b. Crucibulum. *Tul. l. c.*
3. *C. Crucibulum.* Hoffm. 1—4. B. n. 3.
4. C. scutellaris. *Fl. D. 4.*

XXXI. Nidularia. *Fr. l. c.* (non Bull.!) *Tulasn. l. c.*
Irregulariter dehiscentes. Sporangia nuda, absque umbilico et filo umbilicali. *)

1. N. granulifera. *Holmsk.* — Jutland.
2. N. confluens. *Fr.* 2—4. *W. 4.*
   * N. radicata. Fr. 4. C. farctus *Roth.*
3. N. denudata. Fr. 4. Femsjö. Nobilissima.

* *Nidularieis affines:*

XXXII. Myriococcum. *Fr.* **)
Sporangia floccis furfuraceis intertexta et obtecta, ceracea, globosa, solida, e cellulis inaequalibus. Sporae minimae,

---

*) Nidularia *Bull.*, in totum et tantum, ad Cyathos spectat, tam e charactere, quam omnes species. Cfr. *Tulasn. in Ann. Sc. 1844. I. p. 44*, ubi vero ex errore simul citatur Nordholm, qui ne unicum umquam fungum novit, cum exteris non notae sint Academiarum nostrarum rationes. *N. dentata*, With. Tulasn. l. c. ad Myxogastres referatur.

**) Genus insigne, indole et natura (supra terram, truncos, folia liquescente nive nascitur) *Sclerotiis* affine. Verae sporae minimae, pellucidae, eximie regulares in nucleo minimo centrali albo, non nisi in maturis et oculis armatis conspiciendo, conglobatae.

pellucidae, globosae, in centro in nucleum conglobatae, nec laxae.

1. M. praecox. *Fr.* 4. Femsjö! *S. S. 70. W. 1. B. 1.*

XXXIII. Polyangium. *Link.*

Peridium vesiculoso-floccosum, sporangiis oblongis membranaceis, sporis laxis.

1. P. vitellinum. *Link.* 2. *B. 1. S. 15. W. 1.*

++ *Carpoboli*, sporangio solitario. *)

XXXIV. Sphaerobolus. *Tod.*

Peridium duplex, utrumque stellatum, interius inversum sporang. elastice rejeciens.

1. *S. stellatus.* Tod. 1—4. S. S. B. 1.
2. S. tubulosus. Fr. 3! rarissime. *Schw. Am.*

D. Lycoperdacei.

Genus summum, ad Agaricinos revergens:

[XXXV. Montagnites. *Fr. Epic. — Mont. Ann. Sc. Nat. 1843. — Cord. Anleit. p. 195, 196. c. ic.* **)

+ *Podaxinei*, columellati. *S. M. III. p. 5. Mont.*

[XXXVI. Gyrophragmium. *Mont. l. c.* Catachyon. *Ehrenb.!* Endoptychum. *Czern.! in Ac. Petr. 1838! Mosqu. 1845. t. 4.* ***) — *Agarici analogon.*]

[XXXVII. Polyplocium. *Berk.! in Hook.* Lond. Journ. II. t. VI, VII. *Analogon Boleti.*]

---

*) Est solum hactenus suae gregis genus, affinitate Schmitzomiae et Lichenopsi proximum. *Actractobolus* Tod., cujus binas species dedimus in *Scl. Succ. Dec. 39.* est Cocci species! *Thelebolus* et *Pilobolus* cellulam simplicem enituntur, nec sporangium.

**) Nobilissimum genus, *Montagnea* a me primo dictum, quod gratum mihi foret, si Botanicis servare placeret, sed necessarium finxi Candolleo cedere! At aeque parum probanda est *lex in casu*, meorum studiorum favore data, nomina in-*ites* esse rejicienda et palaeophytis relinquenda, ac *Linkiana* nomina infimorum fungorum in hanc terminationem mutanda v. c. Cronartium in Cronartites, Roestelites, Ceratites c. s. p. Palaeophytologi nullo modo hanc legem observarunt (Noeggerathia, Nilssonia etc.), et classici Botanici fere omnes a Linnaeo ad Sprengelium et Candolleum nomina plurimis plantis, vituperata terminatione, dederunt v. c. Siderites, Balanites etc. — ut taceam in hac grege: Stemonites, Botrytes, Zyzygites c. s. p. — Specimina mea *M. Dunalii* Fr. ab hoc genere distinguere nullo modo valeo; sed Ag. ocreatus *Del.* videtur ad sq. genus referendus. Hoc jam mihi Epicrisin edituro, sub *Catachyi* nomine, optime cognitum erat (ultra 30 possidebam specimina), cum quo meum *M. Dunalii* non comparem.

***) Nomen recentissimum, ut plerisque jam notum, recepi, sed forsan restituatur Ill. *Ehrenbergii.*

[XXXVIII. Secotium. *Kunz! in Flora 1840. p. 322. Berk. l. c. II. t. V. et Vol. IV. t. I. f. 2, 3. Tulas. Ann. S. N. 1845* spec. gallica.]

[XXXIX. Cycloderma. *Klotzsch! in Linn. 1832. p. 203. t. 9. f. B.*]

XL. Podaxon. *Syst. Myc. — Berk. Lond. Journ. IV. t. 10.* Podaxis Desv. Schweinitzia, *dein* Caulaglossum. *Ed. Journ. V. t. 6.* non Fr.]

[XLI. Cauloglossum. *Fr.* S. M. *Berl. Mag. V. t. 6. f. 9.*]

++ *Diplodermei*, peridio duplici, interiori discreto.

[XLII. Batarrea. *Pers. — Berk.! Fung. Zeyh. t. 22. f. 1.*

Peridium exterius volvaceum, gelatina distentum, interius calyptrae instar obtegens mitram stipitatam pileiformem. *Ut Montagnites ad Agaricos, hoc genus ad Phallos revergit.*]

[XLIII. Husseia. *Berk. Cent. II. n. 185. t. 18. f. 3.*

Peridium stipitatum; exterius in medio stipitis annulare; interius papyraceo-corneum, clausum, ore radiato-sulcato.]

XLIV. Tulasnodea. *) Tulostoma *S. M.*

Peridium stipitatum, *discretum*, exterius evanescens (subinde ad basin volvaceum), interius papyraceum, apice dehiscens.

1. T. mammosa. *Fr.* 1. Scan. Åhus! etc. *B. 1.*
2. T. fimbriata. *Fr.* 1. Lomma Sc., Ups.

[XLV. Mitremyces. *Nees. Berk. l. c. IV. t. 1. f. 5. Schlecht. Bot. Zeit. 1844. c. ic.* Gyropodium. *Hitchcok.* Calostoma. *Desv.* **)

Peridium, basi stipitiformi e tendinibus contortis suffultum, papyraceo-corneum, calyptratum; interius multo minus, ore dentato exterioris adhaerens, flocci rari.

[XLVI. Bromeia. *Berk. Cent. 1. n. 10. t. VI. A.*

Peridium exterius sessile, plurima interiora discreta papyracea, apice ostiolata, primo obtegens, dein secedens, inferne stroma suberosum praebens. Capillit. laxum, inaequale.]

---

*) Nomen *Tulostoma* P., et per se male formatum, et duabus modo speciebus conveniens (numerosas habemus species ore poroso, fimbriato, dentato, lacerato, *quas plane impossibile est genere movere*) necesse reijciendum, at in *Tylostoma* mutatum sectioni servandum. Hoc genus, antiquitus *parisiense* dictum, dicatum volui Tulasnodeis), in tesseram grati animi erga fratres Tulasne, qui omnium maxime Lycoperdaceos illustrarunt — sperantes ut hoc earum nomen ab omnibus Mycologis receptum sit.

**) Genus specierum jam dives, ore ut omnia vicina varians, nec *Calostoma* Desv. separandum, jam monente *Schweiniz!*

XLVII. Geaster. *Mich.* Geastrum. *P.* *)

Peridium sessile duplex, utrumque persistens, exterius stellatim fissum, ab interiori apice dehiscente discretum.

(a. *Myriostoma. Desv.* G. fornicat. var. ost. 2, 3!)

b. *Plecostoma. Desv.*

1. G. fornicatus. *(Huds.)* 1. Upsaliae etc. *B. 2. W. 1.*
2. G. striatus. *(Dec.)* 1. Scan. etc. B. 3.
3. G. umbilicatus. *Fr.* 1. Scan. *Retz.!*

c. *Geastrum.*

4. G. limbatus. *Fr.* 3. Ostrogoth. *B. 5. W. 2.*
5. G. fimbriatus. *Fr.* 1, 3. Suec. med. *B. S. 209.*
6. G. mammosus. 1. Scan. *B. 6.*

d. *Dontostoma.*

7. G. rufescens. *P.* 1. Scan. Upsal. etc. *B. 7. W. 3.*

e. *Schizostoma.*

8. G. hygrometricus. *P.* 3. Westrog. Westmann. *B. 8.*

[XLVIII. Trichaster. *Czernai.! l. c. Cr. Ucr. p. 20.*

Peridium utrumque stellatum; interius crustaceo-fragile, villosum, disparens, capillitio denudato.]

[IL. Diploderma. *Link.* — *Fl. Scan.* — Actigea. *Rafin.* — An Sclerangium. *Leveill.* **)

Peridium rotundatum, duplex; exterius crassum, induratum, primo clausum, demum stellatim rumpens; interius discretum papyraceum tenue evanescens; intus obscure cellulosum, sporidiis primo conglomeratis (peridiolo inclusis), dein pulveraceis laxis.]

+++ *Lycoperdinei*, peridio simplici l. exteriori concreto, *sporis pedicellatis.*

[L. Lanopila. *Fr. Fung. Nat. p. 31.*

Peridium tenue, papyraceum, extus nudum et glabrum, haud definite dehiscens. Capillitium in pilam compactam, a peridio discretum, intertextum.

---

*) *Generum numerum auctum*, nisi ad conspectum specierum et systematis necessarium novosve vere typos praebentem, *malum censens*, subgenera infra allata movere nequeo, licet structura in variis speciebus sat diversa sit. Quam laevis momenti sit os peridii, omnia vicina genera testantur, ut si Geastres lacerentur, etiam Tulasnodeam, Mitromycetem, Lycoperdon, Scleroderma et omnia naturalia genera dividere cogamur. Considerantes vero quantum differant *vere nova* genera v. c. Husseia, Bromeia, Mitremyces etc., facile intelligimus subgenera citata cum illis neutiquam esse paris dignitatis.

**) Ob turbulenta tempora Annal. Sc. Natur. prioris anni ad nos adhuc haud pervenerunt.

[LII. Calvatia. *Fr.* (a Calva.)

Peridium duplex, utrumque membranaceum at concretum, exterius corticatum, superne secus plicas undulatas dehiscens. Capillit. compactum — reliquorum instar floccis apice clavatis, sporis pedicell. Hujus loci Bovista craniif. *Schw.*]

LIII. Bovista. *(Dill.) Pers. — Tulasn. A. S. N. 1843. t. 1.*

Peridium duplex, exterius floccoso-crustaceum secedens, interius tenax papyraceum elasticum apice dehiscens. Capillitium aequale, densum, persistens. Sackea. *Rostk. in Sturm. III.*

1. *B. nigrescens.* P. 1—4. *B. 1. Rostk. t. 15. W. 2.*
2. B. plumbea. P. 1—3. B. 2. *Rostk. t. 16. W. 3.*
3. B. tunicata. *Fr.* 1. Scan. — *Vitt. Mang. t. 33. f. 1.*

Subg. Disciseda. *Czern.!* l. c. *Cr. Ucr. p. 24.*

Peridium duplex, sessile, exterius volvaceum, secedens in basin stromaticam, interius membranaceum. *Bovistae valde affine.*]

LIV. Lycoperdon. *Tournef. p. p. Tulasn. l. c. t. 1. f. 4-12.*

Peridium interius membranaceum, flaccidum v. superne evanescens, exteriori subpersistente corticatum verrucisque deciduis saepe exasperatum. Capillitium e basi subcellulosa sterili inaequale, molle, flaccescens. *)

a. Bovistaria. S. M. Bovista. *Rostk. l. c.*

1. L. giganteum. 1. Dan.! Scan.! *B. 1. Rostk. t. 10. Fl. D. 1920!*
2. *L. Bovista.* (L.) *Fr.* 1—4. *B. 1. Rostk. t. 1, 2, 3. W. 1.*
3. L. caelatum. *Bull.* 1, 2. *B. 2. Rostk. t. 4. pusill.! W. 2.*
4. *L. pusillum.* Fr. 1—4. *B. 3. Rostk. t. 11.* var. *W. 3.*

b. Langermannia. (S. M.) *Rostk. l. c.*

5. L. saccatum. (Fl. D.) Fr. 1, 2. *B. S. 210. Rostk. 14. W. 4.*
6. *L. gemmatum.* Fr. 1—4. *B. 4. Rostk. t. 5, 6. W. 5.*
7. L. constellatum. *Fr. 2. — Rostk. t. 8.?* var.
8. *L. pyriforme.* Schaeff. 1—4. *B. 5. Rostk. t. 7, 9. W. 6.*

[LV. Hippoperdon. *Mont. Cub. p. 319.*

Peridium papyraceum, persistens, cortice unito persistente, *nec sponte dehiscens. Capillit.* undique adnatum, *in cellulas polyedras* contextum.]

---

*) Genus vulgatissimum, maxime proteum, cujus species ante S. M. prorsus vagae erant, licet nomen quoddam antiquius *meis speciebus* servaverim; nam novis observationibus, nec nominibus opus est. Plures facile latent in Europa australiori; apud nos post S. M. distinximus quoddam *L. giganteum* (Vulgo sumitur in L. Bovistae formis), vere diversum et L. pusillo proximum!, distinctum peridio globoso l. depresso, superne toto areolato-dehiscente et evanido, capillitio subaequali compacto peridium implente. Color, etiam sporidiorum, in hoc genere admodum varius est! Sectiones hujus generis nobiliores quam subgenera *Geastri, Tulasnodeae etc.!*

[LVI. Xylopodium. *Mont. A. S. N. 1845. Dec.*
Peridium coriaceum, e stratis binis discoloribus, vertice secedenti-verrucosum, lobato-dehiscens, *stipite fibroso-lignoso.* Capill. primo reticulato-cellulosum.]

[LVII. Arachion. *Schwein. Car. t. 1. f. 2. Pluk. Pht. 184. f. 7.*
Peridium duplex, concretum; exterius secedens, interius coriaceum irregulariter ruptum. Capillitium abit in peridiola floccosa, rotundata, coacervata; sporis pedicellatis priorum.]

[LVIII. Scoleciocarpus. *Berkl. Fung. Zeyh. t. 21. f. 3.*
Priori simillimus, sed peridium simplex? tenue membranaceum, peridiola subcylindrica gyrosa tomentosa.]

++++ Sclerodermei S. M. l. c. *) *Sporae in capillitii apicibus clavatis sessiles, metamorphosi sicca.*

* *Radicantes, epigaei.*

LIX. Sterrebeckia. *Link.* **) — *Sterb. t. 29.* Cfr. *Fr. l. c.*
Peridium duplex, exterius papyraceum, frustuloso-secedens; interius lignosum, demum indefinite l. substellatim rumpens, totum capillitio compacto farctum.

1. S. Corium. *(Desp.)* 1. Scan. Malmö!

[LX. Polygaster. *Fr.*
Peridium rotundatum, firmum, apice dehiscens, duplex: exterius flocoso-corticans cum interiori concretum; intus celluloso-carnosum. Peridiola granuliformia, sporidia conglomerata, demum laxa includentia.]

---

*) Novis detectis generibus character mutandus; antecedentia genera peridiolis instructa manifeste Lycoperdea sunt, et varia hujus gregis, cellulis septisque destituta. Nunc characterem praebent sporae priorum pedicellatae, Sclerodermeorum sessiles. Sic in *Systemate naturali* sectiones persistunt mutatis characteribus, cum in Systematibus artificialibus omnia cum charactere corruunt! Nec ab his distinguam Elaphomycetem ob cellulam sporarum matricalem persistentem; typice eadem necesse adsit in reliquis, licet adeo fugax sit, ut a nobis non observetur; nam sporae non possunt generari nisi in cellula matricali.

**) Historiam generis et synopsin specierum dedimus in Fung. Nat. p. 28—30, 33, 34. Hujus loci porro sunt Actinoderma *Nees*, Bovista suberosa *Fr.*, Endoneurum *Czern. in Ac. Petrop. 1838 et Bull. Soc. des Nat. Musc. 1845* (sub nomine *Crypt. Ucr.* supra citavimus) Mycenastrum *Desv.* Ipse testari possum genera Cel. *Czernaiew* nova jam 1838 Acad. Petrop. fuisse oblata, ut ab hoc anno laudato Viro prioritas tribuenda.

LXI. Polysaccum. *Dec. — Tulasn. l. c. 1842. t. 5. f. 1—7.* *)

Peridium clavatum capitatumve, stipitatum, simplex, diffracto-secedens, intus primo mucosum cellulosum. Peridiola inaequalia, floccosa, sporae floccis demum inspersae. *Krombh. t. 60.* spec. Europ. optime!

1. P. Pisocarpium. *(A. S.)* 4. Rip. Nissae.

LXII. Scleroderma. *(P.* **)*) S. M. Tulasn. l. c. 1843. t. 1.*

Peridium rotundatum, lentum, corticatum, irregulariter dehiscens, basi radicans, intus siccum obsolete cellulosum, sporis (absque peridiolis) conglomeratis.

1. *S. vulgare.* Fr. 1—4 at non supra Gothiam. *B. 1. W. 1.*
2. S. verrucosum. *(Bull.)* 1. Halland. Priori aff. *B. 3.*
3. S. Bovista. *Fr.* 1. Scan. *B. 2.* Certe distinct.!

[LXIII. Phellorina. *Berk. Fung. Zeyh. t. 22.*

Peridium capitatum, suberoso-corticatum, lentum, apice irregulariter dehiscens, intus similare, includens massam glomeratam sporarum, immixtis floccis paucis. *Stipes cavus, parietibus cartilagineis.*]

[LXIV. Favillea. *Fr. F. Nat. p. 32.* ***)

Peridium clavatum, simplex, ecorticatum, membranaceum, superne fatiscens et totum disparens, denudans sporas copiosissimas coacervatas, filis paucis tenuissimis intertextas. *Stipes contiguus, solidus.*

** *Hypogaei, arrhizi e mycelio floccoso nati.*

[LXV. Pachyma. *Fr.* Mylitta. *Berk. l. c.! c. ic.* †)

Peridium rotundatum, corticatum, numquam sponte dehiscens, cortice duro inaequabili; intus primo similare, *(pallidum)* dein sinuoso-venosum, demumque cavernosum, floccis densissimis tenuissimis. *Princeps hujus gregis genus.*]

LXVI. Elaphomyces. *Nees in Fr. S. O. V., Vittad. Monogr., Tulasn. l. c. 1841. c. ic.*

Peridium globulare, cortice subverrucoso incrustatum, e car-

---

*) Ad hoc genus nimis accedit *Ciliocarpus* Cord., cum Sclerodermate sinnamariense *Mont.* eximie analogus. Differt tamen peridio floccoso (fere Trichodermaceo), sed haec nota e statione hypogaea facile pendet.

**) Scleroderma P. integram hanc gregem, etiam Hymenogastreos complectitur.

***) Quod prius genus ad Scleroderma, hoc ad Polysaccum (P. degenerans i. e. novi generis, *Fung. Preiss*) Ad basin adsunt quoque granula quaedam, quasi peridiolorum rudimenta.

†) Specimina a liberaliss. Amico communicata cum specimine *Lycoperdi solidi* Gron., a me visi, generis typo, prorsus genere conveniunt. *Mylittam australem* Berk. Fung. Van. Diem. n. 27 equidem pro *P. Tubere regio* sumsissem.

noso-lento induratum; intus a capillitio disseptum *(nigricans)*. Sporae quaternatae, cellula matricali inclusae *(B. S. 211. t. 11. f. 10)*, dein pulveraceae. *)

a. Ceraunion *Wallr.*

1. E. muricatus. *Fr.* 1, 2. *B.* 2. *S.* 212. E variegat. *Vitt.*
2. *E. granulatus.* Fr. 1—4. *B. 1. S. 211.* E. asperul. *Vitt.*
3. E. rugosus. *Fr.* 1. Dan. *Fl. Dan. t. 1969. f. 1.* (v. s.)
4. E. Persoonii. *Vitt.* 1. Scan.

b. Ceratogaster. *Cord.* cortice confluente.

5. C. anthracinus. Vitt. l. affin. sp. ex Helsingia.

+ 5. *Cenococcei*, peridio e myčelio floccoso nato, intus cavo, sporophoris o. l. spuriis.

[LXVII. ? Genabea. *Tulasn. Journ. It. II. p. 60.* "Peridium haud discretum, carnosum, irregulare, hinc illinc rimosum pertusumve, intus scrobibus gyrosis cavum, septis loculosum; sporis in singula scrobe paucis ovatis."]

LXVIII. Anixia. *Fr.* — *Tod. Meckl. t. 1. f. 8.* quoad habit. Peridium haud discretum, carnosum, intus demum cavum, nec loculosum, apiceque indefinite dehiscens. Sporae minutae, simplices, pulpae tenuissime floccosae immixtae. **) *Mycelium fibrillosum, album.*

1. A. villosa. *Fr.* 2. In humo atra, foliis obtecta.

LXIX. Cenococcum. *Fr.* — *Schmitz. Linn. 1843. t. 18.* Peridium globulare, nudum, crassum, "primitus carnosum", dein corneo-rigidum, numquam dehiscens, intus centro cavum. Sporae globosae floccis reticulatis primo solitariae adfixae; dein floccis evanidis coacervatae. *Mycelium byssinum, septatum, atrum.*

1. *C. geophilum.* Fr. 2! 3, 4. *S. S. Dec. 38. B. 1. W. 1.*

[LXX. Antennina. Antennaria. *Link.* nec Auctt. "Peridium crassum, friabile, sporis primo moniliformi-concatenatis" Link. ***) qui character bene cadit in *A. Cytisophilam* nostram. *Mycelium byssaceum, moniliforme, atrum.*

*) Sporas prioris non vidi, sed, Berkeleyo teste, Elaphomyc. proximae sint.

**) Unica vice, statu forsan immaturo, legimus distinctissimum genus, sq. manifeste affine. — Conferatur Cenococc. heliophilum. *Weinm. p. 637.*

***) Characterem e Linkio mutuavi, ut in S. M. — Quoad iconem Grevilleanam *R. cellaris* hoc congener finxi. — In Antennariis Recentiorum sporangium modo sistit articulum mycelii inflatum.

E. Trichodermacei. *)

+ *Onygenei*, peridio stipitato capitato, sporis filis (capillitium haud formantibus) stipitatis coacervatis.

LXXI. Asterophora. **) *Mich. t. 82. f. 1.*
Sporae stellatae.
1. A. Lycoperdoides. *Fr.* 2—4. *B.* 2. *W.* 2.
2. A. Trichioides. Fr. 2. *Rabenh. p. 298.*

LXXII. Onygena. *Pers. Tulasn. A. S. N. 1844. p. 367.*
Sporae oblongae, cellula matricali (asco) obovata receptae.
1. *O. equina.* P. 1—4. *B. 1. W. 1.*
2. O. corvina. *A. S.* 1. Scan. *W. 2.*
3. O. Piligena. *Fr.* 1, 3, 4. Lappon. *B. S. 219.*
4. O. faginea. *Fr.* Femsjö copiose. ***)

[LXXIII. Lasioderma. *Mont. Ann. Sc. Nat. 1845. Dec.* "Peridium e turbinato pyriforme, floccis septatis ramosis laxe intricatis contextum, centro evanescens. Sporae minutae, simplices, in centro coacervatae."]

++ *Trichocomei*, peridio incompleto, capillitio e floccis verticalibus stipato, sporis intermixtis. *Jungh. Jav. p. 9.*

[LXXIV. Trichocome. *Jungh. t. 2. f. 7.* †)
Peridium incompletum, *basi suberosum* cupulare. Capillitium in columnam verticalem stipatum.]

---

*) Ordo insignis et necessarius, nimis neglectus, vulgo cum Myxogastribus confusus, a quibus vegetatione sicca, floccosa clare differt.

**) Asteroph. Agaricoides *Dittm.* eadem est planta ac *Nyctalis Asterophora*, a quo genere divelli nequit. At mire etiam hujus generis characteres offert. Recentiores approbarunt opinionem a nobis in S. M. prolatam, sporas illas stellatas huj. gen. esse parasitas, et nuperius vidimus in variis *veris Agaricis* (sensu strictiori), semper tamen in Agaricis parasitantibus. — Ab his prorsus diversa est Asterophora nostra, typo *A. Trichioide*, peridio sphaerico globoso immarginato, Onygenis adeo simillimo, ut sub microscopio tantum discernatur. Huic *Asterophorae* nomen, vi vocis, servandum.

***) Exstat inter hoc et sequens medius fungus *(Ecchyna* provisorie dictus) peridio difformi, strigoso-hirto, sporis laxis, nec cellula matricali s. asco receptis, qui a priori quoad fructificationem recedit ut *Cheirospora* ab *Hypcromyxa*, *Kretzschmaria* a Leveillea etc.

†) Nobilissimum genus, Myxogastribus haud immiscendum, nec ulla ratio adest Cel. Inventoris nomen mutandi; nam Trichocoma *Dec.*, fere recentius, ipso Auctore consentiente, nullo modo a Berkheya genere distinguatur.

LXXV. Institale. *Fr.* *)

Peridium incompletum, e fibris erectis ramosis in massam subcarnosam stipatum, extusque hirtum. Sporae in strato superiori laxe coacervatae, pulverulentae, fibris intertextae. *Ad truncos, mycelio fibroso.*

1. I. bombacina. *Fr.* 4. *Weinm. Ross. p. 628.*
2. I. effusa. *Fr.* 3. Upsaliae in Kongspark.

+++ *Trichodermei*, peridio fragili evanidoque, sporis in medio coacervatis enatis e floccis, capillitium haud formantibus.

LXXVI. Ostracoderma. *Fr.*

Peridium calcareo-crustaceum, glabrum, fragile. Sporae laxe coacervatae, floccis vagis nullisve intertextae. *Trichod. laeve.* P.

1. O. pulvinatum. Fr. 4. Femsjö, haud raro.

LXXVII. Hyphelia. *Fr.*

Peridium effusum, indeterminatum, e villo laxo in pelliculam, sporas minutas simplices laxe coacervatas obtegentem, brevi evanescentem contextum.

a. Geohypha, *floccis setosis substrigosis.*

1. *H. terrestris.* Fr. 1—4.

b. Xylohypha, *floccis tenellis velutinis.*

2. H. fusca. *(Schum.)* 1, 2.
3. H. nigrescens. (P.) 3, 4.

LXXVIII. Hyphoderma. *Fr.*

Praecedenti simile, sed sporae globosae liberae inclusae vesiculis (ascis) subrotundis liberis, filis primitus adhaerent.

1. *H. roseum.* Fr. 1—4. — *W. p. 627.*

LXXIX. Trichoderma. *P.* Pyrenium. *Tod.!* (sp. 1.)

Peridium subrotundum, e floccis ramosis septatis implexis contextum, superne evanescens. Sporae minutae coacervatae, primitus conglobatae.

---

*) Duo *Lycoperda* proposuit Sowerby, cum nullo genere cognito comparanda, quae sub proprio in S. M. proponere *omnino necesse erat.* Laetamur eorum originem nunc interpretatam, nec minus genus, quale ideam ejus excepimus, certis speciebus esse restitutum. Cfr. quoque *Schwein. Am.* — Accedere videtur ad *Ceratophoram Humb.*, quam vero plures fide dignissimi et autoptae Auctores (Cfr. *Schrad. spic. p. 171!)* meram monstrositatem Trametis odoratae sistere testantur et rem tam locus subterraneus, quam specimina in silvarum penetralibus obvia confirmant. In Institale nulla sporangia; est quasi *Ozonium* fertile, sed planta absolute autonoma, cujus prior species subglobosa, posterior effusa; utraque lignis carie consumtis mycelio fibroso intrat.

1. *T. viride.* P. 1—4. *B. 1.*
2. T. flavum. Sommerf.! 4. Lappon.
(T. dubium P. censeo *Oidii aurei* statum.)

LXXX. Myrothecium. *Tod.* *)

Peridium tenuissime floccosum, superne mox disparens, basin stromaticam relinquens. Sporae coacervatae, in massam gelatinoso-lentam conglutinatae.

1. M. roridum. *Tod.* 2—4. *B. 1.*
2. M. Verrucaria. *(A. S.)* 1.
3. M. inundatum. *Tod.* 1—3.
— 4. M. scybalorum. *(Schum.)*

F. Myxogastres.

Genus summum ad Lycoperdineos revergens:

LXXXI. Lycogala. *Michel. Fries.* **) Cfr. *S. M. III. p. 69.*

Peridium determinatum, e duplici membrana compositum, papyraceum, persistens, extus verrucosum. Sporae floccis tenellis primo adfixae, dein libere inspersae.

1. L. terrestre. *Fr.* — 3, 4. *W. 3. B. 1.*
2. *L. epidendron.* (L.) 1—4. *W. 1.*
3. L. plumbeum. *Fr.* 3, 4.
4. L. conicum. P. 2. r.
b. *Myogala.*
5. L. parietinum. *Fr.* 1. *W. 2.*
[Ostracoderma *Schw. Am.* forte novum genus, sed morphosis ignota.)

+ *Aethalini*, massa mucilaginea in commune abit peridium. S. M. III. p. 74.

[LXXXII. Xyloon. Xyloidium. *Czern.! l. c.*

Peridium rotundatum, crustaceum, extus intusque reticulatum, columella centrali polygona. Capillitium columellae et parietibus adfixum, reticulatum. *Habitus sq., forma prioris.*]

---

*) In bivio inter *Trichodermaceos* et *Hymenellaceos* positum; hoc loco recepi tam ob peridium s. velum discum primo obtegens, quam sporidia coacervata.

**) Genus a Persoonio et plerisque Auctoribus cum Reticulariis confusum; normam naturalem et definitam, ob omnibus agnitam, in S. M. dedimus. Hujus generis a reliquorum recedentem metamorphosin, transitumque praebere ad Lycoperdeos ibidem simul clare exposui. Moneam ingenuos et candidos lectores velint attendere, quo modo livor in meis studiis pascitur.

LXXXIII. Reticularia. *Fr.* *)

Peridium indeterminatum, simplex, tenue, irregulariter dehiscens, columella s.° capillitium peridio adnatum, floccis ramosis plus minus reticulatis, fruticulosis compressisve.

1. R. maxima. *Fr.* 2.! *Sow. t. 400. f. 1. B. 1.*
2. R. atra. *(Alb. Schw.)* 3! 4! *B. 2. W. 1.*
3. *R. umbrina.* Fr. 1—4. *B. 3.*
4. R. plumbea. *(Schum.)* 1, 2.
5. R. flavofusca. *(Ehrenb.)* 1, 2.
6. R. olivacea. *Fr.* 3, 4. *B. 4.*
7. R. versicolor. *Fr.* 4.
8. R. carnea. *(Schum.)* 1, 2.
9. *R. muscorum.* (Alb. Schw.) 2—4! *W. 3.*
— 10. R. ungulina. *Schum.* 1. (n. v.) Rabenh.

LXXXIV. Aethalium. Fuligo. *Hall. Pers.*

Peridium indeterminatum, fatiscens, strato flocco-so corticatum, intus floccis coalitis cellulosum.

1. *A. septicum.* L. 1—4. *B. 1.*
2. A. vaporarium. *Bull.* 1, 2.

(b. Cerebrina. *Brond.* Phtycogaster. *Cord.?* **)

LXXXV. Lindbladia. *Fr.* ***)

Peridium indeterminatum, nudum, membranaceum, intus membranulis contiguis in tubulos regulares cellulosum. Flocci nulli, sporae coacervatae.

1. L. Tubulina. 3. Sudermannia *Lindblad.*

LXXXVI. Spumaria. *Pers.* — *S. M. III. p. 94.*

Peridium indeterminatum, crustaceum, simplex, fatiscens, intus plicis adscendentibus discretis loculosum. †)

1. *S. alba.* (Reticul. Bull.) 1—4. *B. 1.*

---

*) Singulae species ante me ad diversum genus relatae erant, genus tamen naturale maxime, numquam divellendum, constituunt, ne quidem ut sectiones sejungi possunt, cum in eadem specie (v. c. R. atra, umbrina) capillitium e plus minus praecipitata evolutione variet. *R. ungulina* tamen ex icone tantum mihi cognita; sed *Enteridium* in Herb. Ehrenb! examinavi; certissime sistit statum R. olivaceae! — Inter varia nomina recepi *Bulliardi* primum et aptissimum, at praeter speciem primariam, nec quoad species, nec quoad characteres quid cum genere Bulliardiano commune habet.

**) Hujus loci *Reticul. carnosa* Bull., quam non vidi; aptoptae vero pro statu jove sicciori nato Aeth. vaporarii habent. In hac rem inquirant, qui vivos fungos examinare licet.

***) Nobilissimum genus, Reticulariae multicapsulae *Sow.* respondens, sive *Liceam Tubulinam*, a qua tamen clare differt defectu peridiorum propriorum; tubulorum septa omnino simplicissima membranacea; transversim sectum favum apium refert.

†) Ex hujus speciei pro diversa evolutione diversa interna structura facile discimus quam protei Myxogastres.

++ *Physarei*, plura peridia e mucilagine serpente; floccis adnatis, vagis l. o, sporis fuliginosis l. atris.

* *Didermei,* peridio duplici discreto.

LXXXVII. Diderma. P. = Leangium. *Link.*

Peridium duplex, exterius crustaceum discretum, fragile; interius tenerrimum, membranaceum, evanescens. *Flocci* columellae centrali basive adnati, vagi.

a. *Stipitata, stipite firmo.*

1. *D. stellare.* P. 2—4, W. 1.
2. D. umbilicatum. *P.* 3, 4. *B. 2.*
3. D. citrinum. *Fr.* 2. *B. 3.*
4. D. lepidotum. *(Dittm.)* 2.

b. *Sessilia.* B. 7. *n. sp.*

5. D. Trevelyani. *(Grev.)* 3. *W. 3.* *) *B. 6.*
6. *D. globosum.* P. 1—4. *B. 9.*
7. D. testaceum. P. 1—3.
8. D. Liceoides. *Fr.* 1.
9. D. depressum. *Fr.* 3, 4.
10. D. difforme. *Sommerf.* 4. Lappon.

LXXXVIII. Leocarpus. *Link.* Diderma. *P.*

Columella nulla, reliqua prioris, cum quo *naturale* idem sistit genus; et in infimis limites prorsus evanescunt. **)

a. *Stipitati,* stipite laxo.

1. *L. vernicosus.* (P.) 1—4. *W. 2. B. 4. Cord. V. f. 32.*
2. L. atrovirens. *Fr.* 3, 4, Smoland.
3. L. ramosus. *(Schum.)* 1. Dan. (n. v.)

b. *Sessiles.* (L. nitens. *B. 8.*)

4. L. deplanatus. *Fr.* 2—4. *W. 8.* Femsjö. *B. 11.*
5. *L. cyanescens.* Fr. 1—4. *W. 7. B. 10.*
6. L. chalybaeus. *Weinm. 4. — W. 6.*
7. *L. contextus.* (P.) 1—4. *B. S. 109.*
8. L. flavus. *Fr.* 3. Su. med. *W. 10.*

---

*) Genus Polyschismium *Cord.* videtur omnino a Grevillei figura mutuatum, in qua (ut semper in adultis) peridium interius non conspicitur. E speciminibus vero tam meis, quam Weinmanni, et peridium exterius crustaceum! et interius adest omnino *D. stellaris*, a quo aegre specie, nullo pacto genere separetur.

**) Distinctum tamen proposui, ad varios tollendos in specierum distributione errores eorum, qui haec genera admittunt. Genera *Leangii* et *Leocarpi* tantum erroneo nituntur charactere, *peridio simplici*, sed in omnibus speciebus adest primitus duplex Didermatis! His e columella distinctis, addunt genus quoddam *Diderma*, quale neutiquam existit, nam omnia Didermata vel Leangia l. Leocarpi.

** *Dichosporina*, floccis nullis. Cfr. n. 4.
9. L. granulatus. *Fr.* 2—4. W. 9.
10. L. minutus. *(Schum.)* 1. Dan. (n. v.)

LXXXIX. Claustria. *Fr.* Spumaria. *P.*

Peridium exterius membranaceum, secedens, interius crustaceum fragile. Columella o! Flocci rari, nulli. *)

1. C. Didermoides. *(Pers.)* 1. *Fl. D.* 3. Ostrog. *Ach.!*

XC. Carcerina. *Fr.* Didermatis sp. *S. M. III.*

Peridium duplex, exterius crustaceum, interius membranaceum, raro obsoletum (in n. 2.) Sporae fibris rudibus erectis immixtae. H. l. Vermiculariae sp. 1, 2. *Tod.!*

* *columella spuria.*
1. C. Spumarioides. *Fr.* 2—4. — *B.* 5.
2. *C. conglomerata.* Fr. 2—4. S. M. p. 111. W. 11.

** *columella nulla.*
3. C. valvata. *Fr.* 3, 4.

XCI. Angioridium. *Grevill.* (excl. char. et f. 6.) **)

Peridium membranaceum, rima longitudinali dehiscens. Flocci capillares, undique peridio adnati, reticulati, sporis intertexti et ad rimam in peridio interiori (spurio) secedentes, ut valvae duplicatae appareant.

1. *A. sinuosum.* (Reticul. *Bull.)* 1—4. Phys. *S. M. W. 17. B. 5.*

** *Physarei,* peridio simplici exteriorive adnato.

XCII. Didymium. (Schrad.) *Fr.* Cionium. *Link.* ***)

Peridium membranaceum, tenue, irregulariter dehiscens, exteriori furfuraceo aut squamuloso-secedente corticatum. Columella (in genuinis) praesens. Flocci peridio adnati.

---

*) Hoc et sequens genus Didermati facile quoque subsumenda, definitos tamen limites praebent! Prius est quasi Spumaria simplex, et cellulis suis intus nudis *claustrum* refert; alterum columellis vulgo et ligamentis carcer. Hae fibrae, a floccis capillitii admodum diversae, etiam redeunt in *Craterio* et bene pictae sub Angioridio *Grevill. Scot. t. 310. f. 6.*

**) Physareum stricte genus, sed peridio dehiscente labia duplicata apparent, interius vero peridium spurium est et floccis e peridii lateribus surgentibus formatum est. *Flocci sunt capillares, tenelli, reticulati*, prorsus *Tripotrichiae* Cordae; neutiquam fibrae, quales in icone Grevillei exhibentur et a forma quadam Carcerinae sumtae videntur. Haec confusio procul dubio Auctores, utpote fungos in iconibus potissimum observantes, diu vexabit.

***) Apud Auctores in singularibus haud plene versatos eadem exstat confusio in generibus distinguendis, quam sub Didermate notavimus. *Cionium* est prorsus Didymii synonymon; nulla exstat Cionii species, quae non optimum Didymium, sub quo nomine a Schradero, columellam pro peridio interiori habente, insuper junguntur Leangia. — Ab his Acionia differunt columella vel obsoleta vel nulla, hinc exacte medium tenent locum inter Didymia et Physara, cum quibus

* *stipitata.* (D. Sowerbei. *B. n. 7.*)
1. D. squamulosum. *(A. S.)* 1, 3, 4. *W. 6. B. 2.*
2. D. tigrinum. *Schrad.* 2. *W. 5.* Scan. etc.
3. D. versipelle. *Fr.* 4. Smol.
4. D. costatum. Fr. 1, 3. Holmiae.
5. D. rufipes. *Fr.* 3, 4. — affine *B. 5.*
6. *D. xanthopus.* (Dittm.) 2—4. *B. S. 111.*
7. D. herbarum. *Fr.* 1, 2. *W. 9.*
8. *D. leucopus.* (Link.) 3. Columella obsoleta. *W. 10. B. 6.*

** *sessilia.*

9. *D. lobatum.* Nees. 1—4. *W. 15. B. 8.*
10. D. crustaceum. *Fr.* 3. *W. 16.* W.goth.
11. D. effusum. *(Link.)* 3, 4. *W. 17.* Smoland.
14. D. complanatum. *Schrad.* 2. *W. 18.*

Subg. *Acionium,* columella nulla l. obsoleta.

* *Stipitata.*

13. D. hemisphaericum. *(Bull.)* 1, 2. *W. 2. Cord. V. f. 33. B. 1.*
14. D. melanopus. *Fr.* 3, 4. *W. 1. B. S. 110.*
15. D. marginatum. *(Schum.)* 2.
16. D. terrestre. *Fr.* 3. *W. 3.* Suec. med.
17. D. furfuraceum. *Fr.* 2. *W. 4.*
18. D. fulvipes. *Fr.* 4. *W. 14.* Smoland.
19. *D. farinaceum. Schrad.* 1—4. *W. 7. B. 3.*
20. *D. nigripes.* Fr. 1—4. *W. 8. B. 4.*

** *sessilia.*

21. D. nanum. *Fr.* 3. *W. 11.* Upland.
22. D. Weinmanni. Fr. 1, 2. Affine D. leucop. *W. 12.*
23. *D. cinereum.* (Batsch.) 1—4. *W. 20. B. 10.*
24. D. serpula. *Fr.* 3, 4. *W. 21. B. 11.*

Subg. Dichosporium *Nees,* columella et flocci rarissimi l. nulli. *)

1. D. Spumarioides. *Fr.* 3. *W. 13.* Nericia!
2. *D. Physaroides.* (P. sub Spumaria.) 1—4. *W. 19. B. 9.*

(D. album. *Cord. V. f. 31* alia est sp. e fig. Phys. album.)

---

olim ab omnibus jungebantur. Haec tamquam peculiare genus distinguere e *characteribus abstrusis* constans videtur, sed species diversae Cionii et Acionii multo magis affines, quam utriusque inter se; columella in variis nunc adest, nunc deest; in aliis adeo obsoleta, ut haud facile dixeris utrum adsit, vel deficiat! Qui species omnes plene novit, aliis oculis genera necesse intuebitur, quam singulas modo vel icones tantum lustrans.

* Sequentes duas species praecedentibus subjungi plurimi mirentur, sed intimo nexu cum praecedentibus junctae et singulum vicinum genus abit in species floccis rarissimis et multis. Has aeque temere mihi videtur genere distinguere, ac species corolla destitutas in generibus typice corolla instructis.

XCIII. Physarum. *P. Fr.*

Peridium simplex, extus nudum; columella o! reliqua Didymii.

a. Stipitata * *lenticularia.*

1. *P. nutans.* P. 1—4. *W. 1. B. 1.*

* P. viride. *(Bull.)* proximis medium.

2. P. aureum. P. 3, 4. *W. 2. B. l. c.*

— coccineum. *Fr.*

3. P. albipes. *Link. Fr.* 2—4. *W. 3.*

4. P. Pini. *Fr.* 3.

5. P. striatum. *Fr.* 1—3. W. 3.

6. P.? sulcatum. *Link.* 2. — *B. 2.*

** *peridio globoso turbinatove.*

7. P. columbinum. P. 1—4. *W. 10.*

8. *P. bryophilum.* Fr. 1—4. — *Cord. I. f. 287.* var.

9. P. sulfureum. *A. S.* — 3. *W. 9.*

10. P. psittacinum. *Dittm.* — var. 2. *W. 8.*

11. *P. subulatum.* Schum. 1—4. W. 7.

12. P. gracilentum. *Fr.* 3, 4.

13. P. muscicola. *P.* 3. Ostrogoth.

b. Botryosa.

14. P. hyalinum. *P.* 1—4. *W. 11. B. 4. S. 213.*

15. P. utriculare. *(Bull.)* 2. *W. 12. B. S. 214.*

— ovoideum. *Schum.* an *Cord. I. f. 288. A.*

16. P. hypnophilum. *Fr.* 4. Smol.

c. sessilia. Tripotrichia. *Corda.*

17. P. paniceum. *Fr. 2.* Scania.

18. P. lilacinum. *Fr.* 4. Smol. Fems. *B. S. 215.*

19. P. violaceum. *Schum.* 1. Selland.

20. P. thejoteum. *Fr.* 2. *W. 13.*

21. P. fulvum. *Fr.* 3. Smol.! *W. 15.*

22. P. conglobatum. *Dittm.* 1—4. W. 14.

23. P. piceum. *Fr.* 2, 3. Smol.

24. P. Licea. *Fr.* (Licea pusilla *Schrad.)* 4! *W. 16.*

(P. metallicum. *B. S. 29.* r. sp.)

d. adnata. *)

---

*) In hac sectione, maxime naturali, capillitium ita mutabile est, ut ex hoc singulam speciem genere facile moveres. In *P. caesio, atro* omnino deficit, in P. albo adsunt flocci tenerrimi, evanescentes; in *P. nigro* copiosi, *persistentes;* in *P. confluente* fruticulosi fere Reticulariae; in *P. verno* reticulati Tripotrichiae. Eadem ratio in priori sectione, in ultimis nulli adsunt flocci; in P. fulvo rari, tenelli; in plerisque reticulati Tripotrichiae, quales insuper in Didymio cinereo etc., Angioridio sinuoso (vero!) etc. (Dolendum sane Celeb. Auctores, sine necessaria singularium cognitione, ad nova genera tam audacter progressisse!) Species quaedam Schumacheri quoad loca dubiae, ut prorsus omittere coacti simus.

25. P. confluens. *P.* 3, 4. Lapp.! *W. 18.*
26. P. vernum. *Sommerf.* 3, 4. Norveg.!
27. P. nigrum. *Fr.* 4. Smol.
28. P. album. *Fr.* 1, 2. *) Scan. Upland. *B. 6.*
29. P. caesium. *Fr.* 1. Dan. *Schum.*
30. P. atrum (Licea. P.) 4. Smol. *B. S. 216.*

XCIII. Craterium. *Trentep.* **)

Peridium basi persistente crateriiforme, simplex, extus nudum, operculo *vulgo* dehiscens. Columella nulla; sporae fibris erectis *(Carcerinae)* floccisve intertextae.

* *operculo cretaceo heterogeneo.*

1. C. pedunculatum. *Fr.* 1, 2. *B. 1.*
2. C. pyriforme. *Dittm.* 2. Scan. *B. 2.*

** *operculo homogeneo regulari.*

3. C. nutans. *Fr.* 1. Saelland. *Schum.*
4. *C. minutum.* Fr. 1—4. *W. 1. B. 3.*
5. C. turbinatum. *(Schum.)* 1. n. v. An Physarum?

*** *operculo irregulari.*

6. C. pendulum. *Fr.* 3. Holmiae. *W. 3.*
7. *C. leucocephalum.* (Hoffm.) 1—4. *W. 2. B. 4.*
8. C. mutabile. *Fr.* 2, 4. Scan., Smol. *B. 5.*
9. *C. flavum.* Fr. (S. M. p. 135.) 2—4.

**** *deoperculata, peridio dimidiato!*

(C. deoperculatum. *Fr. W. p. 597.)*

[XCIV. Trichamphora. *Jungh. Jav. p. 12. f. 9.*

"Peridium cupulaeforme, crustaceo-membranaceum, dein undique rimoso-dehiscens, furfuraceum. Columella nulla. Sporae floccis intertextae.]

XCV. Tilmadoche. *Fr.* Physarii spec. *S. M.*

Peridium simplex, tenerrimum (Angioridii) irregulariter rumpens. Capillitium intertexto-compactum, a peridio solutum liberum, sporisque inspersis fuscis. Columella o.

1. T. leucophaea. *Fr.* 2.
2. T. soluta. (Schum.) 1—3,
3. T. cernua. (Schum.) 1. Dan.

---

*) **Prorsus diversum a Didermate Neesii.** ***Cord.***

) **Maxime naturale genus, jam habitu et peridii indole a prioribus diversum, at fibris, Carcerinae similibus, vix limitatum. Caveamus, ne e varia dehiscendi ratione divellemus; *C. pendulum* aequo jure ad secundam ac tertiam sectionem referas; in *C. flavo*, peridio globoso insigni et hinc Physarum hactenus dicto, operculum irregulariter dehiscit, sed basis cupulaeformis persistit ut in reliquis, et summe memorabile demum C. deoperculatum, peridio primitus cupulari et aperto, operculo destitutum. *C. turbinatum* non vidimus; forma et facies hujus generis, sed capillitium dicitur floccosum.

Physarei incerti generis: *)

1. P. connatum. *Schum.* 1—3.
2. P. fimetarium. *Schum.* 1. Dan.

+++ *Stemonitei*, peridio simplici tenello fugaci, capillitio persistente, e fibris anastomosantibus reticulato, innato.

CXVI. Diachea. *Fr.* — *Cord. V. f. 38.* **)

Peridium fugax, stipite columellaque calcareis. Capillitium a columella radians.

1. *D. elegans.* (Tr.) 1—4. *W. 1.*

(D. fulgens. *Fr. in W. Ross p. 611.* nobiliss. spec.)

CXVII. Stemonites. *(Mich.) Gled.*

Peridium fugacissimum, stipite setaceo nigro in stylum, peridium intrans, porrecto. Capillitium stylo innatum, reticulat.

* *fasciculatae.*

1. *S. fusca.* Roth. 1—4. *W. 1. B. 1.*

— S. tubulina. *A. S.* (quibus sequens forte *S. fascic.)*

2. *S. ferruginea.* Ehrenb. 1—4. *W. 2.*
3. *S. typhoides.* (Bull.) 1—4. *W. 3. B. S. 113.*
4. S. pumila. *Fr.* 3, 4. *W. 4. (Cord. III. f. 37?)*

** *dispersae*, perid. fugaciss.

5. S. oblonga. *Fr.* 3, 4. *W. 5.* (Affin. *B. S. 217.)*
6. *S. ovata.* P. 1—4. *W. 6. B. 2.*
7. *S. obtusata.* Fr. 1—4. *W. 7. B. 3.*
8. *S. papillata.* P. 1—4. *W. 8. B. 4.*
9. S. mammosa. *Fr.* 1, 4. Dan. Lappon.!

** dispersae, peridio partim persist.

10. S. protracta. *Fr.* 2. *Fl. Dan. t. 1364. f. 1.*
11. *S. Physaroides.* A. S. 1—4. *W. 9.*
12. S. Arcyrioides. *Sommerf.* Asker Norv. *B. S. 113.*

---

*) Exstat procul dubio genus inter Physareos et Trichias medium, typo *Phys. connato*, morphosi et capillitio libero Trichiae, sed floccis elateribus destitutis et sporis obscuris (non tamen fuliginosis) certe diversum, hinc *Anospira* dictum. Cum vero nondum *quoad species rite limitatum* omittendum est; forsan quoque collidet cum obscuro *Trichulio* Schmied., nam in hac regione, nil apud priscos occurrere mihi haud obvium, paene certus sunt.

**) Diacheae respondent Didymiis (Cioniis), et Acionidi sp. stipite vulgo nigro fere Stemonitibus. In Cioniis (i. e. *veris Didymiis* Schrad.) columella calcarea sat constans; in Acioniis vero, si adfuerit, est prolongatio stipitis, quae in eadem specie nunc adest, nunc deest. Non igitur *Didymia* et *Acionia* e columellae praesentia l. defectu distinguere licet, at facile e columellae indole, modo adeo frequenter haud deesset. Acionia Linkio sunt Physari species, nec Cionii = Didymii *Schrad.*

[CXVIII. Stylonites. *Fr. Fung. Nat. p. 33.*

Stipes capillitium, hinc discretum, haud penetrat; reliqua prioris — vel capillitium reticulatum a peridio liberum, reliqua *Dictydii.*]

IC. Dictydium. *Schrad.*

Peridium fugacissimum, e capillitio reticulato innato persistente mox cancellatum. Stylus nullus.

1. *D. umbilicatum.* Schrad. 1—4. *W. 1. Cord. V. f. 36.*
2. D. splendens. *Schrad.* 3, 4. *W. 2.*
3. D. microcarpum. *Schrad.* 3, 4. *W. 3.*
4. D. venosum. *Schrad.* 3, 4.
5. D. micropus. *Fr.* 4.

C. Cribraria. *Schrad.*

Peridium superne evanescens, e capillitio innato persistente cribrosum, basi cupulari persistente.

* *peridiis obovatis.*

1. C. rubiginosa. *Fr.* 3. Nobiliss.! 3. *Rabenh. p. 266.*
2. C. macrocarpa. *Schrad.* 3. *Cord. IV. f. 98.*
3. C. fulva. *Schrad.* 3. *W. 2.*
— intermedia. (Schr.) 3, 4. *Sow. t. 400. f. 3. B. 1.*
4. C. pyriformis. Schr. 3.
5. *C. argillacea.* P. 1—4. W. 1.

** *peridiis globosis.*

6. C. purpurea. *(Schmid.)* 3. Suderm. *Lindbl.* Nobiliss.!
7. C. vulgaris. *Schr.* 1—4. *W. 4.*
8. C. aurantiaca. *Schr.* 2, 3. *W. 5. Cord. V. f. 35.*
9. C. intricata. *Schr.* 3.
10. C. tenella. *Schrad.* 3. *W. 6.*

Genus Stemoniteis et Trichiaceis intermedium:

[CI. Nassula. *Fr.*

Omnia Cribrariae, sed capillitium simpliciter reticulatum a peridio liberum, in cupulae ore protrusum. H. l. Arcyria globosa *Schw.! S. M. p. 154.)*

++++ *Trichiacei*, peridio membran. simplici, capillitio libero, sporis laete coloratis. *)

CII. Arcyria. *(Mich.) Hill.*

Peridium circumscissum, basi persistente calyculari. Capillitium e floccis intortis compactum, elastice expansum, deciduum.

---

*) Vetustum est praejudicium colorem *ubique* minoris esse momenti; saepe primarias offert notas; inter Myxogastres vulgo praestantiores quam capillitium. (Jam e sporis fuliginosis patet *Tripotrichiam* esse e Physarcis). Abeunt species in hac grege in duas defini-

1. *A. punicea.* P. 1—4. *W. 1. B. 1.*
*A. vermicularis. (Schum.) 2.
2. *A. incarnata.* P. 1—4. *W. 2. B. 2.*
*A. flexuosa. Fr. 3. Cfr. Leang. stipitatum. *Schw.*
3. A. fusca. *Fr.* 2, 4. A. cinerea *P. et Auct. pr. p.*
4. *A. cinerea.* Fr. (Bull.) 1—4. *W. 3. B. 3.*
5. *A. nutans.* (Bull.) 1—4. *W. 4. B. 4.*
6. A. umbrina. *Schum.* Fr. 3, 4. *W. 5.*
7. A. ochroleuca. *(Trent.)* 2. *B. S. 115.* A. stram. *W.?*
8. A. glomerata. *Fr.* Lign. querc. Fems. Trich. circumsc. *Wallr.*

CIII. Trichia. *Hall.*

Peridium irregulariter ruptum, capillitio prioris, sed elateribus instructo. *)

a. *Hemiarcyria,* obsolete circumscissae, elat. manifestis.

1. *T. rubiformis.* P.! 2! — 4. *W. 1. Cord. I. f. 288. B. S. 218.*
2. *T. pyriformis.* Hoffm. 1—4. *B. 1. W. 2.* Conf. *C. 1. f. 288.* B.
3. T. serotina. *Schrad.* 3. *B.* 2.
4. *T. fallax.* Pers. 1—4! *W. 3. B.* 3. *Cord. IV. f. 96.*
5. *T. clavata.* P. 1—4. *W. 4. B. 4.* (Cfr. *Cord. I. f. 288.* D.)

b. *Goniospora,* irregulariter ruptae.

6. *T. nigripes.* P. 2. abunde. 4. *W. 5.*
7. *T. turbinata.* With. 1—4. *W. 6. B. 5.*
8. *T. chrysosperma.* (Bull.) 2—4. *W. 7. B. 6.*
9. *T. varia.* P. 3, 4. *W. 8. B. 7.*
10. T. Serpula. *(Scop.)* 2—4. *W. 9. B. 8.*
— reticulata. *P.*

CIV. Lachnobolus. *Fr.*

Peridium tenerrimum, totum squamuloso-secedens. Capillitium in globum liberum dense intertextum, haud elasticum, at demum relaxatum.

1. L. circinans. *Fr.* 4. Smoland. Yaberg. *Rabenh. p. 259.* **)

---

tas series, alteram sporis rubentibus, alteram flavis — in singulo genere redeuntes. — Species horum et Stemoniteorum, ut antiquitus stabilitae et ubique recognitae, nobilissimae sunt, quare novas caveamus. Quantum v. c. Trichiae quoad formam varient testatur *T. nigripes;* color tam peridii, quam sporarum e diversa statione admodum varius; in firmiori laetior, aureus etc.; in suffocata l. uda obscurior, olivaceus, lutosus etc.

*) Elateres praebent singularem characterem, sed eorum functiones prorsus ignoramus. Minoris tamen per se esse momenti facile perspicitur ex absoluto eorum defectu in maxime affinibus, et proventu in diversissimis, v. c. ex Berkel. in *Batarrea, Podaxineis.* Cfr. Craterium *n. 2307, 2308* Schw. Am.

**) Pulcherrimus et distinctissimus fungus, tantum ob raritatem et novorum generum metum in S. M. Arcyriis subjungebam. Nunc in diversis locis lectum non possumus non distinguere. An *Trichia difformis* Schw. altera species sit, e spec. incompleto dijudicare non valeo.

CV. Perichaena. *Fr.* non Corda! *)

Peridium laciniato-aut circumscisso-dehiscens (utrumque saepe in eadem specie!). Flocci rari, liberi, nec in capillitium intertexti.

* *sporis rubentibus.* (Myrosporium. *Cord.* abnormis status)

1. P. incarnata. *(A. S.)* 3. Holmiae. *Sw.!*
2. P. congesta. *(Sommerf.)* 4. Salten, Norveg.!

** *Genuinae,* circumscissae, *sporis luteis.* Stegasma *Corda V. f. 34.*

3. P. abietina. *Fr.* 3. *W. 3. B. 2.* cfr. Perich. microc. *Saut.*
4. *P. populina.* Fr. 1—4. *W. 2. B. 3.*
5. P. quercina. Fr. 1, 2. Physarum luteoalbum *Schum.*

(H. I. P. marginata. *Schwein.*, P. vaporaria. *Schw.* = depressa *Lib.*

*** *Tortinea,* valvatim dehiscentes, sporis luteis **)

6. P. contorta. *(Dittm.)* 3.

++++ *Liceacei,* peridio simplici, floccis evanescentibus, nullis. ***)

CVI. Licea. *Schrad.*

Peridium membranaceum, tenue, irregulariter dehiscens. Sporae minutae, coloratae, nudae, absque floccis.

---

*) In eadem specie peridium variat et circumscissum et dehiscens, exinde genus non lacerandum! Miror sáne Cel. *Corda* Liceam strobilinam *Alb. Schw.* pro generis typo sumsisse, cum in S. M. jam clare indicavi tam hanc speciem esse atypicam, ab hoc genere facile removendam, quam differentias illas, quas vir laudatus Perichaenis adscripsit *indeque genericum characterem*, genuinis speciebus applicatum, *injuste carpit!! Stegasma* Cordae vero prorsus sistit Perichaenae optimum typum, ex omnium Auctorum consensu; et *Myrosporium* Ejusd. ad species sporis rubentibus pertinere vix dubium est; recedit modo sporis pulpae immersis (metamorphosi incompleta!, e statione in cellis facile interpretanda). E speciebus exoticis nunc clare patet *Lic. strobilinam*, semper pro *spuria Perichaena* sumtam, genuinam esse Phelonitis speciem!

**) Hujus loci sunt: *P. angulata* (Trichia Schw. Am. p. 259), *P. luteovalvis* (Physar. l. c. p. 257), *P. vermicularis* (Physar. *l. c.*) e. s. p. Trichiae etc. eadem duplici ratione dehiscunt, unde *Trichia botrytis* et *rubiformis* inter Crateria a Schweinizio collocata. Nimia attentione ad dehiscendi modum varium, Myxogastrium pulcherrima genera prorsus confundentur.

***) Grex omnino abnormis cum in omnibus facile generibus Physarinis flocci vel admodum rarescant l. omnino deficiant, nec tamen, nisi omnem naturalem nexum spernamus, a suis generibus divelli possunt istae species. Mediante pari modo Perichaena, *Licea* et *Phelonites* e metamorphosi cum Trichiaceis arcte conjunctae sunt.

a. *Tubulinae.* *)

1. L. cylindrica. *(Bull.)* 3! 4. *W. 1. B. 1.*

2. *L. fragiformis.* (Bull.) 1—4. *W. 2. B. 2.*

(b. Difformes, confluentes. Spec. exot., etiam n. sp. B.)

c. *Serpulae.*

3. L. serpula. *Fr.* 2—4. (Sporae olivaceofulig.)

4. L. nitens. *Schw. Am. p. 259.* 1—3. (Sp. lutesc.) Cfr. *Wallr.*

5. L. badia. *Fr.* 2. (Sporae albae!)

CVII. Phelonites. *Chev.* — *Cord. III. f. 46* et Perichaena. *Ejusd. V. f. 30.* (Cylichnium *Wallr.*, dubium, nullas praebet differentias.)

Peridium papyraceum, persistens, vulgo circumscissum. Sporae magnae, extus furfuraceae.

1. *P. strobilina.* (A. S.) Perich. *W. 1. B. 1.*

2. P. suberea. *Chev.* 1. In cellis Ups.

3. P. minima. *Fr.* 4. Apice vulgo dehiscit.

Genera recedentia et affinitatis incertae:

CVIII. Lignyota. *Fr.* Liceae spec. *Auctt.* **)

Peridium membranaceum, irregulariter rumpens. Sporae, raris et fugacibus filis intertextae, maximae, vesiculares, sporulis farctae, atrae l. fuliginosae.

1. L. umbrina. *Fr.* 1. Licea macrospora. *Schum.*

[CIX. Halterophora. *Endl.* Tipular. *Chev.*

Peridium glanduloso-villosum, *mihi ignot.*]

[CX. Cirrholus. *Mart.*

Columella spirali, elastice prosiliente.]

Observatio:

In hac familia generum laceratio adeo extremum nacta est, ut speramus Mycologos ad alterum stadium, aeque necessarium, generum reductionem brevi progressuros. Tum primum enim ve-

*) E speciebus *Schraderianis* generis Liceae hae duae tantum restant (*Lic. variabilis* enim ob peridium duplex videtur Didermacea), quae quoque generis Liceae typi. Hae quoque formis mediis cum sequentibus seriem tam contiguam sistunt, ut nulli omnino limites exstent. Tubulinae (= Liceae Schrad.!) pejus a suo genere removentur, quam Stemonites fasciculata a St. papillata.

**) Genus habitu, modo minori, ad Reticularias revergens, nec cum Physareis, floccis oblitteratis, confundendum. Plures exstant species exoticae v. c. *L. nigra* (Licea macrospora *Schw. Am. p. 258*) e. s. p. — De sequentium ut non visorum loco l. affinitate nullo modo judicare valeo. Militent, more recepto, in familiae extimis limitibus. *Cirrholus* ex icone est genus valde insigne, sed peridii indoles ignota.

rum studium incipere potest, quando dispositio, genera et species stabilita sunt; hanc exoptatam metam continua nomenclaturae innovatio, tironum deliciae, magis magisque retardabit. Maximi quidem momenti sunt exotica illa nova genera, quae prorsus novos typos obtulerunt, nullius vero laceratio priscorum Europaeorum vel novorum e mera synonymorum ignorantia ortorum v. c. *Enarthonema* Bowm. a vulgatissima *Stem. papillata*, a Corda vero ad Cionium ductum! Quisque in singularibus versatus facile perspiciet levitatem, qua v. c. Myxogastrium genera (*Reticularia*, *Diderma*, *Didymium* etc., confusis simul priscorum generum typis) lacerata sunt. Quamvis plurima genera ad suos typos reducere nobis, ut speramus, contigerit, nec pauca prisca (Sterrebeckiam *Link*, Diploderma *Link*, Catachyon *Ehrenb.* etc.) oblivioni tradita restituere, adhuc varia obscura restant. De *Myrosporio*, *Polyschismio*, *Tripotrichia* etc. meam jam professus sum opinionem. *Cylichnium* Wallr. nulla, quantum video, nota differt a *Pheloniti* v. c. *suberea*, eadem statione simul obvia. *Asterotrichum* Wallr. potius ad Gymnomycetes pertineat. *Ostracococcum* Wallr., mihi prorsus ignotum; at mire cadit descriptio in *"abortum praematurum"* in S. M. III. p. 109 sub Didermate valvato notatum. *) Pari fere ratione *Dichosporium* Nees ad Acionia accedit! Restat insigne *Amphisporium* Link, mycologorum crux. Sporidia duplicis generis, quae nullibi in natura typica sint, jam dubia movent. Considerata vero tam vegetatione, quam charactere nullus dubito, quin sistat genus *Uredineum!* Stratum sic dictum sporidiorum fusiformium praebent cystodia, vera sporidia globosa in peripheria gerentia. Cfr. Berkel. diss. *On the white rust* etc. f. 4., ex qua facile perspicies Amphisporii typum. *Testicularia* Klotzsch pariter est Uredinea. Sic quoque nunc demum Pyrenium *Tod.* et Vermiculariam *Tod.* rite determinare contigit. Prorsus obscura adhuc nobis sunt *Pomphylox* Cord. (Delastriae sp. *Tulasn.*), *Phlyctospora* Cord., *Coniocephalum* Brond. (an Cephalotricheum; sed de peridio fit sermo) *Gassicourtia* Fee (Illosporio affine.)

*) **Si quis inter plantas phanerogamas e frequentibus antholyseos anamorphosibus nova fingeret genera, risum moveret; ad analogas vero rationes inter infimas plantas nova genera proponuntur tota die et, si icone simul illustrata sint, collaudantur tamquam distinctissima. *Calostoma* nititur prava icone Mitromycetis.**

Fam. CXV. *Gymnomycetes.* Fr.

Fungi elementares, qui enumeratis perfectioribus thalamio l. saltim peridio distincto instructis, jam restant, tum inter se, quam cum praecedentibus adeo intime connexi sunt, ut earum systematica distributio difficillima. Praeeunte Ill. Link in duas familias, Coniomycetum et Hyphomycetum, vulgo distribuuntur, sed recentiores observationes satis evincunt nullos existere limites inter genera mycelio floccoso aut nullo, quale typice numquam desideretur; ex hac differentia ejusdem generis species in diversas familias divellentur. Hoc jam odoravit Ill. *Link*, qui in altera dissertatione utramque familiam sub Gymnomycetum nomine complectitur, quod vero nomen in Specieb. Plant. ad Coniomycetes vulgo dictos transtulit. Necessarium omnino mihi visum fuit has familias ad morphologicas et biologicas rationes reformare. His propius examinatis videbimus infimam seriem, *Haplomycetum*, absque ullo intermedio metamorphoseos gradu, e floccis l. mycelio immediate eniti sporas vel sporophora tantum. Altiorem evolutionis gradum sistunt *Gymnomycetes*, in quibus, perfectiori mycelii metamorphosi, ante sporas formetur *stroma fructificans definitum* (Cfr. p. 379) *et contiguum (s. sporidochium* Link, clinodium *Lev.*) sporas nudas gerens. E terminologia Ill. Ehrenbergii omnes fungi *idiotoci* ad Haplomycetes spectant; reliquae fungorum familiae sunt *coenotocae* i. e. texturam habent compositam, fructum genuinum, cum Haplomycetes jam primo gradu sporas proferunt.

Gymnomycetum igitur familia, nostro sensu, ut etiam *Haplomycetum*, componenda est ex ordinibus hactenus tam ad Hypho- quam Coniomycetes relatis. Illa, utpote perfectiori metamorphosi enati, perfectior censenda — et re ipsa medium tenet locum inter Gasteromycetes et Haplomycetes. Hi dignoscuntur stromatis veri s. sporidochii defectu; illi peridii praesentia; nam inter Gymnomycetes sporae semper nudae. Sistunt igitur hae tres familiae totidem metamorphoseos gradus, in primo e floccis modo nascuntur sporae, in secundo sporidochium ante sporas, in tertio sporidochium insuper peridio cingitur. Versus utramque familiam multa exstant genera ita confinia, ut ex varia limitatione ad hanc vel illam referenda sint. Sic *Trichodermacei* Gasteromycetum peridio suo incompleto et fugaci Gymnomycetibus adeo affines sunt, ut infimum horum genus, *Myrothecium*, in bivio omnino positum sit; ob sporidia coacervata veloque floccoso heterogeneo primitus obtecta, priori et potiori loco collocandum censeo. De nexu Haplomycetum suis locis disseramus. — In Thalamiferorum

vero serie Gymnomycetes respondent Discomycetibus, in pari evolutionis gradu, modo in altiori serie, positis; ut hi inter Pyrenomycetes et Hymenomycetes intermedii, sic Gymnomycetes inter Gasteromycetes et Haplomycetes. Exstat quoque inter Discomycetes et Gymnomycetes tanta analogia, ut aegre saepe discernas — et limites, ex diversis principiis, varie ponentur. Equidem olim ex ascorum praesentia (in Discomycetibus) vel defectu (in Gymnomycetibus) limitavi, sed e morphologicis et biologicis rationibus extra dubium ponitur, hanc limitationem, quamvis facillimam, inferioris esse ordinis et mere artificialem. In Gymnomycetibus semper quidem desunt asci, sed etiam in variis generibus, vel in statu primitivo vel in secundario (Tubercularia, Volutella — Ditiola, Schmitzomia) ad Discomycetes, si affinitatem naturalem consulamus, tamen referendis. Sic in Polynemate asci in sporidia reducti. Veros limites inter Disco- et Gymnomycetes indicat novus metamorphoseos gradus, *thalamium discretum*, inter Discomycetes accedens. In his non modo stroma Gymnomycetum in excipulum proprium formatur, *sed insuper discus discretus heterogeneus*, quae probant genera etiam ascis oblitteratis ad horum familiam esse referenda. Transitus quoque horum ad genuinum typum, v. c. sporidiis, sporis seriatis etc., quoque manifestissimus est. Est singulare sane hujus aevi commentum, characteres quo subtiliores et magis abstrusi, eo nobiliores esse.

At plantarum elementarium more, inter quas superiores familiae, priusquam typicam evolutionem nactae sunt, indicantur, Gymnomycetes ad singulas familias praebent radios. Sic *Isariacei* transitum sistunt ad Hymenomycetes, inter quos Clavarineos infimos et Tremellinos tangunt; *Hymenulacei* ut jam indicavimus ad Discomycetes; *Sporocybacei* ad Pyrenomycetes (Stilba et Sphaeronaemata omnino confinia sunt); *Sclerotiacei* ad Gasteromycetes et Illosporiacei ad Haplomycetes. Sed ex altera parte plurimi Illosporacei, in quibus stroma s. sporidochium saepe tantum formatum est e gelatina cum immixtis sporis, eximiam analogiam praebent cum infimo ordine priorum familiarum; vegetatione gelatinosa Tremellinos, Myxogastres etc. mox in mentem revocant, eademque liberata a ceterum similibus Coniomycetibus, cum quibus vulgo commiscuntur, quam maxime differunt. In reliquis ordinibus, exceptis quibusdam Sclerotiaceis quoad autonomiam ambiguis, adest mycelium floccosum distinctum, e cujus metamorphosi nascitur stroma definitum.

Ob multiplicem hunc Gymnomycetum nexum cum superioribus classibus facile quis crederet, diversos eorum ordines potius reliquis familiis, tamquam status typicam evolutionem haud nactos,

appendicis loco esse subjungendos v. c. Isariacei Hymenomycetibus, Sclerotiacei Gasteromycetibus, Hymenulacei Discomycetibus e. s. p. At multo arctiori inter se affinitatis vinculo in peculiarem familiam coguntur, eo magis necessariam, cum peculiarem sistant evolutionis gradum. Aliae quoque rationes valent in generibus e. s. p. limitandis, quam in superioribus familiis. Genera, utpote peculiari vegetationis historia plerumque gaudentia sat insignia; species vero plerumque inferioris dignitatis. In genere vero haec familia formarum haud admodum dives est. Abit in duas series:

* *Sporis liberis, simplicibus, sporophoris vulgo suffultis.*

I. *Isariacei.* Sporophora e stromate verticali exserta.
III. *Hymenulacei.* Sporophora in stratum horizontale stipata.
II. *Sporocybacei.* Sporae in apice stromatis stipitiformis capitatae.

** *Sporidiis innatis, sessilibus pedicellatisve.*

V. *Sclerotiacei.* Sporidia sistunt stratum exterius stromatis, innata, contigua.
IV. *Coryneacei.* Sporidia pedicello adnata, septata, loculosa.
VI. *Illosporiacei.* Spor. (s. *sporae*) sporophoris et pedicellis destituta, in muco matricali, saepe indurato, nata.

A. Isariacei. *) Cephalotrichei. *Nees. S. M.*

I. Isaria. *Hill.*

Stroma verticale, clavatum ramosumve, e floccis coalitum, persistens, extus vestitum sporophoris exsertis sparsis acrosporis, sporis solitariis.

a. *Entomogeneae.*

1. *I. farinosa* (Dicks.) 1—4. B. 1.
2. I. Eleutheratorum. *Nees.* 1, 2. Priori affine.
3. I. leprosa. *Fr.* 1, 2.
4. I. strigosa. *Fr.* 2.
5. I. Arachnophila. *Dittm.* 1, 2. *B. S. 117.*
6. I. Sphecophila. *Dittm.* 4.

b. *terrestres.*

7. I. terrestris. Fr. 2. Smol. *Nobiliss. sp.*

c. *phytophilae*, subcaespitosae, simplices.

8. I. carnea. *P.? Fr. Scan.* 4. Nobiliss. **)
9. I. tomentella. *Fr.* 3, 4.
10. I. ramealis. *Fr. Sc.* 2, 3.
11. *I. epiphylla.* P. 1—4.
12. I. fasciculata. *Sommerf.* 4. Var. prioris?

d. *phytophilae*, ramosae.

13. I. citrina. *P.* 3, 4. *B. S. 31. Cord. IV. f. 132.*
14. *I. brachiata* (Batsch) 1—4. B, S. 30.
15. *I. intricata.* Fr. 1—4. *B. S. 31.*

[II. Amphichorda. *Fr.* ***) Isariae sp. *S. M.*

Stroma verticale filiforme, chorda centrali fibrosa cornea, sporophoris brevissimis dense stipatis acrosporis, indeque strato sporarum quasi farinoso-corticatum.]

---

*) Receptaculum in hoc ordine prorsus identicum est cum stromate Sphaeriarum, ut in statu juvenili aegre discernas Xylarias. Quoad fructificationem vero major adest affinitas cum infimis Hymenomycetibus, a quibus clare differunt defectu hymenii proprii et contigui. Ordo a *Neesio* primo indicatus, at nomen mutandum videtur. Cfr. *S. M. III. 270. Hypochni* et *Mucroniae* e characteribus hujus ordinis quoque sunt, at affinitas manifeste major cum Hymenomycetibus. Illi interdum pellicula hymenina instructi; *Mucroniae* definite terram spectant, ut Hydna, quorum aculeos prorsus imitantur.

**) Species pulcherrima, in ligno betulino mihi copiose obvia. Cfr. *Fl. Scan. p. 358.* — I. ramealis valde accedit ad *J. Friesii* Mont. Ann. Sc. Nat. 1836 et utraque videtur *I. candidae* Schw. Am. subjungenda.

**) Habitu eximie a priori differt, sed characteribus tantum relativis, quare in S. M., in quo genera quantum fieri licuit, evitare studui nova, Isariis subjunxi. — Habitus *Rhiz. corticatae* Ach., verum haec horizontalis est et sine dubio mycelium Agarici platyphylli.

III. Anthina. *Fr.*

Stroma verticale, rigens, sursum dilatatum, e floccis simplicibus septatis parallelis compactum; sporophoris obsoletis.

* *sporophoris nullis, sporis? floccis immixtis.* *)

1. *A. flammea.* Fr. 2.! — 4. B. 1.
2. A. ornithopodioides. *(Bull.)* 1. Dan. (v. s.)
3. A. fulva. *Fr.* 4. Femsjö semel.

** *sporophoris in apice exsertis, sporis acrogenis.*

4. A. flavovirens. *Fr.* 2. Scan.
5. A. canofusca. *Fr.* 3. Smol. in cort. Abiet. r.
6. A. filaris. *Fr.* 2.

[IV. Byssocaulon. *Mont. A. S. N. 1835.* **)

Stroma filiforme, decumbens, e floccis ramosis, siccitate crispis, contextum. Sporae globosae, in floccorum axillis congestae.]

[V. Peribotryon. *Fr.* ***)

Stroma verticale, varium, substipitatum, e floccis intertextum; floccis apice in sporophora divisis; sporae conglomeratae, laxae.]

VI. Ceratium. *Alb. Schw.* †)

Stroma subverticale, varium, gelatinosum, tactu deliquescens. Reliqua Isariae.

1. *C. Hydnoides.* A. S. 1—4. *B. 1. Cord. IV. f. 133.*

* C. pyxidatum. *A. S.* 3, 4.

2. C. aureum. *Link.* 3, 4.
3. C. Porioides. *A. S.* 3! 4. *Spec. mira, nobiliss.!*

** *Scoriadei,* e gelatinoso-rigentes, atrae, sporis adglutinatis.

---

*) Pulcherrimae hujus sectionis species lubentius mycelia dicerem, nisi nescirem, cum quo fungo compararem. Sporae enim vix genuinae, sed mera conidia. Ceterum hoc genus ad Pterulas accedit, ut Isaria ad Clavarias.

**) Etiam de hoc genere dubitandum an autonomon sit, immo an verus sit fungus. — Stroma enim decumbens, Mycelii instar, et sporae? virentes.

***) Genus pulcherrimum, absque dubio autonomon, cujus plures species in terris calidioribus. Hujus loci v. c. *Coremium coccineum, subiculatum* etc. Schwein., forsan etiam *Camptotrichum splendidum.* Ejusd. — Analogum cum Penicillio, sed stroma adest definitum, induratum, vere coenotocum, cum Coremia modo sistant Penicillii status caespitoso-confluentes.

†) Species novae Wallrothii, a Cel. Auctore liberaliter communicatae, utpote nullo modo gelatinosae sed persistentes, minime hujus generis sunt, sed magis ad prius genus accedunt. Meo sensu tamen potissimum sunt mycelia.

[VII. Scorias. *Fr.* — *Berk.! l. c.* *)
Stroma effusum, e fibris erectis rigidis dendroideo-ramosis conglutinatum, demum durissimum. Sporae conglobatae.

[VIII. Gliotrichum. *Eschw.* — *S. M.*
E mycelio repente assurgunt fibrae rigidae coenotocae in stroma conglutinatae; sporis simplicibus agglutinatis. *Proximis medium, vegetatione peculiari.*]

[IX. Glutinium. *Fr.* **)
Stroma verticale, corneum, viscidum, siccitate rigidum, totum e fibris tenerrimis conglutinatum, undique radiantibus in sporophora apice monospora, sporae adglutinatae.]

1. G. exasperans. *Fr.* 4. Padi ram. *Scl. S. 456.*

X. Dacrina. *Fr.*
Stroma verticale, e floccis intricatis conglutinatis, udum molle, siccum rigens; sporae e floccis enatae, demum secedentes.

1. D. fuscovirens. (Demat. A. S.) 2, 3.
2. D. atra. *Rabenh.* 4.
3. D. minuta (Merospor. *Cord.*) 4. copiose, hieme.

*** ? *Podosporei.*

XI. Podosporium. *Schw. Am. t. 19. f. 1.* Helminthosp. sp. *S. M.* ***)
E stromate corneo surgunt fibrae rigidae, sporidiis pedicellatis heterogeneis extus adspersae.

1. P. Vaccinii. *Fr.* 3, 4. Sarcopod. atrum. *Cord.*

[XII. Trichostroma. Cord. ap. *Sturm. t. 62.* †)
Stroma verruciforme, corneum, fibris rigidis homogeneis annulatis tectum, sporis simplicibus heterogeneis adspersis.]

---

*) Giganteus hic fungus aegre cum alio comparatur (nam Institale neque gelatinosa nec gymnospora), sed optime videtur in hoc ordine collocandum, consentientibus jam Autoptis.

**) Singulare genus, habitu Sphaeronaematis, sed textura (non nisi sub fortioribus vitris rite observanda) magnopere recedens. Ad Podosporium simul accedit, sed fructificatio potius *Ceratocladii.*

***) Praeeunte Cel. Berkeley huc retuli hoc et seq. genus, quae stromate suo coenotoco utique a sequente familia recedunt. Monendum jam Ill. Link in Diss. I. etiam fibras Helminthosporii pro stromate habere. — Cel. *Corda* fibras pro sporidiis habet, vera autem fibris adnata; sporidiorum nomen nimis diversis rebus vulgo tribuitur.

†) Genus mihi dubium, habitu ad Pyrenomycetum initia (in quibus pili conidiis similibus adspersi!) sed ad praecedens simul ita accedens, ut hoc loco citem.

B. Sporocybacei. *)

* *Sporocybei,* sporis in capitulum congestis, nec conglutin.

XIII. Cephalotrichum. *Link! Nees! S. M.* **)

Stroma stipitatum, clavatum, floccosum, floccis tortis moniliformibus in sporas inspersas collabentibus.

1. C. Stemonites. *(P.)* 2. Stysanus. *Cord.*
2. C. flavovirens. *(A. S.)* 3. Non Ceratopod. *Cord. Anl.*
3. *C. Monilioides.* Link. 1, 3! 4. Isaria. *A. S., S. S. Dec. 38.*

XIV. Doratomyces. *Cord.* Sporocyb. reced. l. n. g. *S. M.!* Pachnocybe. *Berk. Br. 333.* ***)

Habitus omnino praecedentis, sed capitulum modo pruinosum e sporis simplicibus, nec moniliformi-concatenatis.

a. Doratomyces. *Cord.* sporis minutis, sporoph. obsoletis inserta. Periconia. *Nees.*

1. P. Desmazieri. *Fr.* (non Cord.) 1. Upsal. *Ann. S. N. 1836.*
2. P. subulata. *(Nees.)* 2—4. *B. n. 1.*
3. P. grisea. *B.* 1, 2. — *B. n. 2.*

b. Leucina *Fl. Scan.* Molles, albae, sporis magnis instratis (exacte Phycomycetis.)

4. P. albida (Fr.) 1. *Lund. B. n. 5.*

XV. Sporocybe. *Fr. Berk.* Periconia etc. *Cord.* nec Tod.

Stroma solidum stipitiforme, capitatum, sporis in capitulum collectis.

1. S. Calicioides. *Fr.* 2. *B. 1.*
2. S. atra. *(Cord.)* 1, 2. *Cord. Ic. I. f. 258.*
3. *S. Byssoides.* (P.) 1—4. B. 2.
4. S. nigrella. *B. S. 226.* 3.

---

*) *Stilbineos* (S. M. I. p. XLVII) olim diximus, sed ob Stilbineas s. Stilbaceas inter phanerogamas, typo genere Stilbe, hoc nomen mittere necesse est.

**) Genus, typo *Isaria*, dein *Periconia Stemoniti* P., inter Isariaceos et Sporocybaceos prorsus medium est. Sequens adeo simile, ut ex priscis iconibus aegre discernatur; hinc dubius sub Sporocybe notavi. *S. M. III. p. 342;* at Cephalotrichum Stemonites l. c. nullo modo ad Doratomycet. ducendum.

***) Ne generum numerus praemature augeretur, hujus *species* ut *recedentes* et novi typos sub sq. in S. M. notavi, "novum facile genus" l. c. Sub nomine *Leucinae* jam tum in Mscr. distinxeram, et mox Cel. *Berkeley* sub Pachnocybes, Cel. *Corda* sub Doratomyce. Est vero hoc, Ill. *Neesii* sensu, genuinum *Periconia* Tod.; exstant enim species capitulo globoso; ad Sporocybas nostras *Periconia* T. neutiquam pertinet!

XVI. Sorocybe. *Fr.* Sporocybe. *S. M.* *)

Habitus prioris, sed mycelium floccosum densum, stroma corneo-carbonaceum, sporis moniliformi-concatenatis basi excipulum incompletum praebens.

1. *S. Resinae.* Fr. 1—4. at raro fructif. *Klotzsch exs. C. 2.*

XVII. Actinocladium. *Ehrenb. S. M.!*

Stroma corneum, apice in ramos breves radiatos divisum, sporis in capitulum congestis, dein dispersis. Cephalotrichum, *Rec.*

1. A. curtum. *B. S. 222.* c. ic. 2. Smol.

**? *Periconiei*, stipes fistulosus, apice inflatus in vesiculam sporis extus vestitam. **)

[XVIII. Periconia. *Tod.* ***)

"Stipes vesiculaque undique sporis incrustatae."]

Fr. p. 458 XIX. Phycomyces. *Kunz. S. M. III. p. 308.*

Stipes erectus!, tubulosus, contiguus, nudus; sporae vesiculae innatae.

1. P. splendens. *Fr.* 1. Bleking, Ronneby!
2. P. nitens. *Kunz.* 1, 3. Fyonia! Finland.! *B. S. 224.*

[Cephaleuros. *Kunz.*

Flocci continui, simplices, apice clavati; sporidiis, sporis farctis, capitatis.]

[XX. Aërophyton. *Eschw.*

Flocci coenotocii, articulati, ramosi, apicibus clavatis et sporidiis, sporis farctis, capitatis. †)

*** *Stilbei*, sporis conglutinatis. *Stilbum. Tod. Pers.*

[XXI. Corallomyces. *Jungh. Iav. p. 7. f. 5.* ††)

Stroma carnosum, flocciforme, ramosum, ramis apice capi-

---

*) E plurimorum nunc temporis in generibus distinguendis placitis, etiam haec species a Sporocybis removenda est. Subinde videre licet excipuli sat manifesti indicia ut in Calyssosporio. Sporarum capitulum compactum est.

**) Sectio, si quae, inter Sporocybaceos et Mucorineos ambigua; tantum ad usum consuetum hoc loco citavi. Prius genus valde dubium est; *Phycomyces* vero est fungus nobilissimus, cum alio haud facile comparandus.

***) Post Todeum d. Chaillet solus legisse videtur, e cujus specimine video tantum adesse vesiculam. Quicumque contulerit descriptionem et iconem Todei, facile videbit, hoc genus nullo modo cum Sporocybis esse jungendum, potius plurimorum sensu cum Doratomycete, in hoc enim totum stroma saepe investiunt sporae, cum in Sporocybis semper in capitulum collecta, nec stipiti innata.

†) Peridiola harum sporidia potius discenda s. asci; habemus genus Stilbeum capitulo ascigero. Ceterum praecedentium generum indoles obscura est.

††) Scriptionis lapsu forsan "Corallodendron", quo nomine speciosam arborem designavit *Tournefort.*

tuliferis; sporae capitulis instratae, primo massa gelatinosa junctae, dein farinaceae.]

[XXI. Chordostylum. *Tod. Alb. Schw.*

Stroma subcorneum, filiforme, sporis apice in globulum siccum, dein fatiscentem compactae. Typus: *Ch. capillare* Tod., Alb. Schw. *)

XXIII. Stilbum. *Tod.*

Stroma stipitiforme, capitatum absque floccis; sporis muco involutis.

a. *stipite villoso.* Ciliciopodium. *Corda.*

1. S. hirsutum. *Hoffm.* 2. *B. 1.*
2. *S. tomentosum.* Schrad. 1—4.
3. S. byssisedum. P. 3! Smoland.
4. S. erythrocephalum. *Dittm.* 1, 3. *B.* 2.
5. S. sanguineum (Cord.) 1. *Cord. ic. IV. f. 91.*

b. *stipite glabro, rigido.*

6. *S. rigidum.* P. 1—4. *B. S. 32. S. S. 380.*
7. *S. piliferum.* P. 1—4. *B. S. 33.*
8. S. xanthocephalum. *Dittm.* 2. (Aff. B. S. 34.)
9. S. smaragdinum. *Alb. Schw.* 2. Elegans.
10. S. bicolor. *P.* 1, 4. — *B.* 3.

c. *stipite pellucido, molli.*

11. S. pellucidum. *Schrad.* 4. Lappon. Sommerf.! B. 4.
12. S. turbinatum. *Tod.* 2. copios. *B. 5.*
13. S. byssinum. *P.* 3, 4.
14. S. hyalinum. *Alb. Schw.* 2, 3.
15. S. gelatinosum. P. 2.
16. S. micropus. P. 2—4. **)

[Pl. novas de industria neglexi.]

XXIV. Graphium. *Corda.* Stilbi spec. *Auctt.*

Capitula e floccis immixtis penicillata, reliqu. pr.

1. *G. vulgare.* (Tod.) 1—4.
2. G. Penicillioides. *Cord.* 3, 4.
3. G.

[Affine genus adest ex America calid.)

---

*) Genus itidem dubium, mihi ignotum, sed ut a pluribus notatum omittere non licuit. — Alium et magis paradoxum typum (Chord. hispidulum *Tod.*) protulit Cel. Corda; plantam citatam, pro mycelio habitam, saepe vidimus, sed, absque fructificatione ab Auctore picta, sterilem.

**) *Atractium* Link. e sporis fusiformibus ne quidem ut sectio servari potest; sed dignoscitur capitulo demum discoideo, varias sibi colligens species. Hoc modo vero cum *Ceratopodio* Cord. collidit! — Alia insuper ab Cel. viro a Stilbo et Sporocybe separantur genera mihi haud satis nota; partim, ni fallor, ad Hyphomycetes referenda.

C. Hymenulacei. *)

XXV. Apyrenium. *Fr.* **) *Grev. Scot. t. 276.*

Stroma gelatinoso-carnosum, fibroso-floccosum, intus inflatum cavum, undique sporophoris acrosporis tectum, in vivo glabrum, siccitate collapso-pubescens.

1. A. lignatile. *Fr. El. 2. p. 39.* 4. Femsjö, pass. *B. 1.*

XXVI. Dacrymyces. *Nees!* ***)

Stroma gelatinosum, filis septatis intertextum, superficie hymenina integra persistente. Sporae . . . . ; (vulgo desunt genuinae.)

---

*) Latiori sumta sensu haec tribus etiam complectitur tam plura Discomycetum genera v. c. *Volutellam*, *Polynema* — *Tuberculariam*, cujus vero sporidia inter paraphyses seriata bene exhibet *Cord. II. f. 116, 117.* — *Ditiolam*, in typico statu ascigeram; quam infima Trichodermaceorum, ob velum manifestum remota; ut Discomycetum citata ob discum.

**) Nobilissimum atque distinctissimum hujus gregis genus, cum nullo alio conjungendum, vegetationis indole cum Fusariis tamen potissimum comparandum, sed omnino liberum, lignis carie prorsus mucidis innascens. Cum *Pyrenium terrestre* T. quoad genus adhuc dubium est, licet habitu (t. 6. f. 50) conveniat, et noster fungus *nuclei* defectu insignis, ut novum genus proposui. Supra p. 419 datur expositio generis *Pyrenii*, lapsu memoriae loco expositionis *Vermiculariae* inserta, quare hoc loco liceat indicare hactenus prorsus obscuram *Vermiculariam Pseudosphaeriam* et *pubescentem* Tod. absque dubio esse *Carcerinas* (supra 451). — *Stromateria* Cord. I. f. 81 omnino dubium est, vix hujus regionis. Hoc et varia prisca Auctoris genera apud Sturm. in *Anleit.* omnino omittuntur, utpote Auctori ipsi forsan nimis dubia.

***) Genus in bivio inter Tremellinos et hanc familiam positum; hoc loco recepi ob intimum nexum cum *Calloris*, et porro cum *Fusariis*, ut haec tria genera ex externa facie saepe discernere non liceat. Accedit porro in eisdem regionibus, eisdemque stationibus singulum horum generum educere speciem prorsus analogam, v. c. *Calloriam Fusarioidem*, *Dacrym. Urticae*, *Fusarium Tremelloides*, *Calloriam stillatam*, *Dacromycetem stillatum*, *Fusarium lateritium* e. s. p. Praecipue analogia inter Dacrymycetes et Callorias manifeste est, ut nulla exstet illius species, quae non analogo et perfectiori statu inter Callorias redeat. Habemus ex exteris terris varias species Calloriae, et ex eisdem exacte regionibus analogum Dacrymycetem. Quis miretur igitur suspicionem nostram haec genera sistere earundarum plantarum diversos status. Sed obsoleta jam fide in harmoniam naturae, ut e Dothidea fulva et rubra in diversis generibus collocatis patet, propter idololatriam Microscopiorum (facillima esset scientia, si singulae plantae studium absolutum esset subtilissima in quovis statu analysi; at si quis ex his fingeret, me microscopiorum vim et usum negligere, valde fallitur!) frustraneum censeo has rationes plenius exponere. Id vero moneam, neminem inter infimos fungos (et *Phyceas* pariter) perennem moliri reformationem novarum specierum et generum copiis, modo is, qui has ad certos typos reducit, ut inter Lichenes jam factum est.

1. D. violaceus. 1, 2. — *B. 2. Cfr.* Call. lilacin.
2. D. virescens. 1—3. Cfr. Call. atrovirent.
3. D. caesius. *Sommerf.* 3, 4. *Not. Micr. II. f. 1.*
4. *D. tortus.* 1—4. *El. 2. p. 36. Cord. II. f. 115.*
5. *D. stillatus.* 1—4. *B. 3. Cord. II. f. 114.*
6. D. Syringae. (Schum.) 1. Non vidi
7. *D. Urticae.* (P.) 1—4. *Cord. II. f. 113.* absque spor.

XXVII. Epidochium. *Fr.* *)

Stroma e ceraceo corneum, superficie impolita, sporis continuis subpyriformibus sporophoris suffultis.

1. E. atrovirens. (S. M. sub Agyr.) 3, 4. *Desm. Ann. Sc. Nat. 1847. p. 191.*
2. E. nigricans. *Fr.* 3, 4.

(Gliostroma *Cord.* Gelatinosum; reliqua fere sq.? Mihi ignot.)

[XXVIII. Catinula. *Leveill. Ann. S. N. 1848.* **)

Stroma membranaceum l. rigidulum, globoso-ovatum, ore lato apertum, sporis minutissimis globosis vel ovatis contiguis diffluentibus.]

XXIX. Hymenula. *Fr.* — *Cord. II. f. 110, 111.* ***)

Stroma ceraceo-molle, applanatum, e sporophoris stipatis apice monosporis. Sporae continuae, haud diffluentes.

1. H. ciliata. *Schwein.!* 2.
2. *H. vulgaris.* Fr. 1. sub multis formis:
   *H. Ebuli *S. S. 216.* *H. Urticae.
   *H. Solidaginis. etc. (*H. Georginae Wallr.)
3. H. nigra *Fr.* 3. Upland.
4. H. Arundinis. *Fr.* 1. Scan. Ringsjö! *S. S. Dec. 37.*
5. H. rubella *Fr.* 3. Hall Varberg *Cord. III. f. 85.*

XXX. Sarcopodium. *Ehrenb.!* †) non *Cord.*

Stroma effusum, gelatinoso l. carnoso-fibrosum, e paraphysibus exsertis simplicibus velutinum. Sporae prioris.

---

*) Quod prius genus ad Callorias, hoc quoddammodo ad Agyria; insignius tamen et cum Schmitzomia potius comparandum; nam Agyria, ascis privata, omnino diversa sunt.

**) Holmiam nuper visens primos fasciculos *Annalium citatarum* videre licuit, e quibus hoc loco insero genus, affine magis ambiguo Gliostromati. — Si *Epichysium* Tod. verus fungus, quod adhuc sub judice lis est, in hac regione vix dubie inseratur.

***) *Hym. alba* l. c. in statu typico habet ascos veros omnino ut in reliquis Propolibus, cum quibus hoc genus ceterum analogum.

†) Hoc genus eximium, affinitate prorsus ignota, hactenus inserere non potuimus; sed vera agnita laeti recipimus. *Fusisporium avenaceum* S. M., licet magis gelatinosum, nobilissima generis species est.

1. S. avenaceum. *Fr.* 1. Lund! Salten Fusisp. *S. M.*
2. S. roseum. *(Cord. I. f. 239.* sub Tricholeconio.) 3. *Hort. Bot.*
3. S. flavum. *Fr.* 1, 2. — (Aff. S. fuscum. *Cord. V. f. 20.)*
4. S. circinans. *Ehrenb.* 1, 3.

XXXI. Periola. *Fr.* Chaetostroma *Cord.* *)

Stroma tuberculosum, carnosum, cellulosum, e paraphysibus exsertis pubescens l. hispidum. Sporae, e sporophoris natae, superficiei instratae.

1. P. stipitata. *(Cord. V. f. 83.)* Tuberc.
2. *P. tomentosa.* Fr. 1–4. *B. 1. Tod I. t. 1. f. 2.*
3. P. hirsuta. (Schum.) 1, 2. Ch. isabellin. *Corda.*
4. P. pubescens. Fr. 3, 4.
5. P. candida. *(Grev.)* 4. Aegerita. *Grev. B. 2.*

XXXII. Pactilia. *Fr. Fl. Scan.* **)

Stroma convexum, cellulis inflatis vesiculosis; sporae, absque paraphysibus, in ambitu instratae, vesiculis stromatis minores.

(P. mycophila. *Fr. l. c.* -? Tubercul. *Mont. Ann. Sc. Nat. 1836. c. ic.*

1. P. acicola. *Fr.* 4.

(P. fimetaria. *Cord. I. f. 83.* Phymatostroma.)

2. P. leucosporia *Cord. Sturm t. 34.* sub Leucosporio 1, 3.

(P. Fusarioides. *(Cord. I. 83.)* 1. Habitus Fusisp Buxi)

XXXIV. Fusarium. *Link.* ***)

Stroma pulvinatum, carnosum firmumve cellulosum; sporis, sporophoris suffultis, fusiformibus curvatis pellucidis in stratum discoideum conglutinatis.

1. F. lateritium. *Nees.* 1, 3, 4. *B. S. 249.*
2. F. roseum *Link.* 1. Hort. Lund. *B. 1.*
3. F. fructigenum. *Fr.* 1. Lund et pl. affin.
4. F. oxysporum. *Schlecht.* 1, 3. *Cord. I. f. 59.*
5. F. herbarum. *(Cord. III. f. 34)* 3. Upsal.
6. F. graminearum. *Schwab. t. 6. f. 7.*

---

*) Periola *Cord.* mihi ignota est planta, nisi sit Oidium, fructigeno affine. Figura in Rhizomorpha videtur e Fl. Dan. mutuata.

**) Ad hoc genus refero quoque *Leucosporium* Cord. inter Coniomycetes et *Phymatostroma* inter Hymenomycetes, quae charactere essentiali non differunt. — Ad asseres vetustos pineos copiosissime porro legimus *Aseimotrichum* Cord., quod quasi Pactilia paraphysibus setosis nigris. Habitus vero sordidus, amorphus, quales fungosas formationes equidem semper negligo.

***) Sporae in hoc et sequente genere simillimae, in utroque quoque manifeste variant et simplices et septatae, at semper manent pellucidae, vulgo curvatae; ut mihi impossibile videatur in Systemate separare. Monet jam inventor illustrissimus Fusaria, Fusidia et Fusisporia in unum genus facile esse jungenda.

7. F. heterosporium. *Nees.* 1, 2.
b. *Fusidium.* S. M., subtecta, stromate vix nullo.
8. F. aurantiacum. *Link.* 1, 2.
9. F. candidum *Fr.* 3, 4.

XXXIV. Fusisporium *Link. Fr.*

Stroma effusum gelatinosum, e floccis et sporis (exacte prioris; in floccorum apicibus natis) conglutinatis formatum.

a. *Strato effuso contiguo tremellino.*
1 F. sanguineum. *Fr* 1. Lund. *Rabenh. p. 83. B. S. 245.*
2 F. ebulliens. Fr. 1. Scan. Affine videtur *Cord. III. f. 67.*
3. F. Betae. *Desm.* 1. 2. Scan. 1847. *B. S. 246.*
(Georginae. *Desm.* Fusar. *Corda II. B. S. 247.*
4. *F. Solani tuberosi. Desm.* 1—4.
(F. Biasolettianum. *Cord. II f. 14* sub Fusar.)
b. *Floccis in ambitu liberis lanaeformibus.* *) B. 1. n. sp.
5. F. pyrinum *Fr.* 1 Lund.
6. F. aurantiacum. *Link.* 1. 2 B. 1.
7. F. aureum. (Link ?) 3, 4. Floccis manifestis.
— 8. F. argillaceum. *Fr.* 1. Lund.
c. *Floccis tenuissimis evanescentibus, stromate nullo.* Fusidium. *Link*
9. *F. flavovirens.* 1. 4. *B. 3.*
10. *F. griseum.* (Link) 1—4 *B. 4.*
11. F. album *Desm.* 4. *B. S 248.* F. sericeum. *Rab.*
— 12. F. Buxi (*Dec.* sub Tubercul.) 1. *B. 5.*
(His accedunt multa ambigua v. c. in Sphaeriis)

D. Coryneacei. *Cord.* **)

Sporis vere loculosis, pedicello proprio adnatis, nec sporophoris modo suffultis, a priori ordine differunt.

---

*) Caveas ne cum his, ut vulgo fit, confundas Sporotricha variosve Sepedonieos. Sporae fusiformes per se praebent characterem nullius momenti, sed in hoc et priori generi tam origine e floccorum l. sporophororum apicibus, quam in strato (stromatis specie) gelatinoso junctae valde insignes sunt. Limites inter hujus generis sectiones, habitu admodum diversas, nullos reperio; *Fusidia* Link. primitus eadem ratione conglutinata et sporae e floccorum tenuissimorum apicibus enatae. Hac origine diversae sunt a subsimilibus *Illosporiaceis*, in quibus sporae et sporophoris et pedicellis destitutae sunt.

**) *Selenosporium* Cord., quod ob sporidia septata ad hunc ordinem quoque ducitur, e sporarum origine et situ sub praecedente servo, et a Fusidiis Fusisporiisque ne quidem distinguo. In utroque enim genere sporae variant contiguae et septatae, consentientibus *Desmazieres*, *Berkeley* plurimisque subtilissimis observatoribus. Alius in-

XXXV Gymnosporangium *Dec.*

Sporidia bilocularia, pedicellata, adnata, in stroma gelatinosum expanso-difforme conglutinata

1. *G. juniperinum* (L. sub Trem.) 1—4. *S. S. Dec. 37. B. 1.*

XXXVI. Podisoma *Link.* Puccinia *vera* Mich.

Sporidia bilocularia, pedicellis elongatis in stipitem junctis et in stroma verticale clavariaeforme conglutinatis.

1. P. Juniperi communis. *Fr.* 3, 4. *B. 1.*

(P. Sabinae nobis deest.)

XXXVII. Bactridium *Kunz.* Cfr. *B. 1.*

Sporidia oblonga, septato-loculosa, floccis ramosis septatis pedicellata in stroma subgelatinosum conglutinata.

1 B. flavum *Kunz* 1, 2. — *B. S.* ined.

(Erinacella. *Brond. Ag.* t. 3, 10. f. 8 = Damnosporium Cord. *)

XXXVIII. Coryneum. *Nees.*

Sporidia fusiformia, multilocularia, pedicello elongato stromati innata et in discum stipata. *Stictidi analogum.*

1. C. marginatum. *Fr* 3 Seiridium. *Nees.* **)
2. C. depressum. *Kunz.* 1—3. Seqq. duobus nimis affin.
3. C. umbonatum. *Nees.* 4.
4. *C. pulvinatum* Kunz 1—4. *S. S. n. 171. B. 1.*
5. C. macrosporium *Berk.* 2. *B. 2.*

XXXIX. Phragmotrichum. *Kunz.* — *Fl. Scan. p. 367.*

Sporidia septata l. cellulosa, in fibras stipitatas, stromati innatas, concatenata et in tuberculum carbonaceum connata.

1. P. populinum. *Fr. Scan.* 4. ***) — *Cord. I. f. 148?*
2. P. acerinum. *Fr. Sc.* 3, 4. *S. S. 437.*
3. P. Chailletii *Kunz.* 3, 4. *Sommerf. exs. C. 2.*

---

dolis sunt septa in Coryneaceis, quorum sporidia vere loculosa l. concatenata, ut in Pucciniis Rec., quae his valde affines.

*) Utriusque generis typus est *Tremella Mucoroides* Bull. t. 499. f. 4; a Kunzeo et Corda ipso quoque ad *Bactridium flavum* citata. Jam pridem vero Cel. *Brondeau* ut novum genus ad vivum descripsit et meo sensu a Bactridio haud separandum, licet icones magis Coryneum referant.

**) Specimina archetypa *Seiridii* dedit Illustr. *Nees*, et nil certius sane statuere audeo, quam absolutam identitatem *Seiridii* et *Corynei!* Unica differentia posita est in sporidiorum apiculo, quo haec species a sequentibus, maxime affinibus, exacte recedit, ut Phragmidium apiculatum a Phr. bulboso. — *Seiridium marginatum* Schwein.! Am. etiam est Phragmidii species, quasi *Phr. apiculati* gigantea specimina, ut sporidia et septa nudo oculo discernantur. Non quidem vidi authentica specimina *Seimatosporii* Cord., sed synonymon esse Corynei marginati, vel saltim hujus generis, vix dubitemus.

***) Genus quale l. c. dilatavimus nobis videtur admodum naturale, nisi e singula specie novum genus malles! In Ph. populino,

XL. Conoplea. (P.) *Fries. S. M.!* *)

Sporidia simplicia, sed in floccos moniliformes stipitatos concatenata (hinc multilocularia) et in tuberculum carbonaceum, extus e conidiis pruinosum, connata.

1. *C. olivacea.* P.! 1—4. *S. S. 439.*
2. C. grisea. *Fr.* 2. Smoland.
3. C. cinerea. *P.* 1. Lund. Scan. fr.
4. C. fusca. *P.* 3. Suec. med.

XLI. Exosporium. *Link.* pr. p. *Fr.* **) *Berk. S. 230. t. 13. f. 18.*

Sporidia multiseptata, multilocularia, subclavata, extus stromati grumoso-carbonaceo adnata, paraphysibus rigidis septatis immixtis. Analogon *Periolae in hoc ordine.*

1. *E. Tiliae.* Link. 1—4. *S. S. 178.*
2. E. clavuligerum. *Lk.* 1. Scan.
3. E. Genistae. *Fr.* 1. Scan.

(E. Eryngii. *S. M. III. p 360* sub Helminth. Reliquae heterog.

[XLII. Epiclinium. *Fr.*

Sporidia uniseptata, bilocularia, pedicellata, adnata stromati corneo applanato marginato, dein in tuberculum corneum coalita. Insigne genus: II. 1. *Didymospor. Pezizoideum* Schwein ! etc.]

[XLIII. Blennoria. *Fr.* — Cfr. *Moug. Nestl. n. 882.*

Sporidia filiformi-concatenatata, dein in sporas cylindricas trun-

---

Trimmatostromatis aperte congenere, nisi eadem species, sporidia septata modo et absque isthmo, at sporidia cellulosa sola non distinguunt genera, ut Mellitosporium, Macrosporium, Sporidesmium, immo icones Podisomatis, Corynei etc. apud Corda testantur. In *Phr. acerino* sporidia non angulata, sed ovali-oblonga, ceterum cellulosa et isthmo concatenata. Perithecium verum in neutro videre nobis licuit.

*) Vix exstat genus magis diversa ratione interpretatum, quam Conopleae P.; *Linkius* pro Exosporio habuit, *Corda* in Polynemate strigoso quaesivit e. s. p. Nos ad *spec. authentica* in S. M. interpretavimus, nec video cur mihi denegent auctoritatem in hoc nomine figendo ad speciem primariam, quae Auctoris generis ideae optime respondet! *C. grisea*, minuta, punctiformis l. lineari-elongata, applanata, extus grisea, intus atra. Sporae minutae, globosae, centro pellucidae et in floccos ramosos concatenatae. Ad truncos Fagi.

**) Ill. *Link*, qui vera sporidia non vidit, paraphyses, ut Ill. Ehrenberg in Sarcopodio, pro sporidiis descripsit, indeque *Vermiculariae* setas, ascos erumpentes *Epichloes* e. s. p. cum his comparavit. Inventis veris sporidiis, fibrarum basi vulgo adnatis, summam perspexi cum *Helminthosporio* affinitatem et revera serie contigua (teste quoque *Berk. l. c.*) ad hacc v. c. *H. nanum* abit, licet in praesente, ob stroma insigne, in alia familia collocare cogamur. Etiam in hac serie locum suum optime tuetur.

catas continuas dilabentia, pellucida, in tuberculum erumpentem conglutinata.]

[XLIV. Rhopalidium *Fr. et Mont. S. M. III. p. 516. c.* *)
Sporidia clavata, stipitata, multilocularia, gelatinae immersa et sub epidermide in tuberculum innatum conglutinata. Confr. *Mont. Ann. S. N. 1836. V. t. 12. f. 4.*]

E. Sclerotiacei.

Sporidia pedicellata l. sessilia, *at numquam septata*, superficiem stromatis investientia, arcte adnata.

* *Sporidiis pedicellatis*, ad priores accedendes.

XLV. Nematelia. *Fr. Epicr. p. 591.* **)
Stroma duplex; inferius carnosum cellulosum; superius gelatinosum, intus e sporidiorum periphericorum, sporulis farctorum, pedicellis filamentosum.

1. *N. encephala.* (Willd.) 1—4. *S. S. 337. B. S. 291.*
2. N. rubiformis. *Fr.* 2, 4.

[XLVI. Dermosporium. *Link ! Schw.! Fl. Scan.* ***).
Stroma simplex, ceraceo-firmum, intus e sporidiorum, simplici serie periphaericorum, pedicellis dense septatis fibroso-cellulosum.]

[XLVII. Xylochoeras. *Fr.* Cfr. *El. II. p. 45.*
Stroma applanatum, corneo-lignosum, intus *fibroso-floccosum*, floccis terminatis sporidiis superficiem superiorem investientibus. *Habitus* exacte *Sclerotii;* h. l. *Scl epixylon* P.)

XLVIII. Epicoccum. *Link! — Fl. Scan.*
Stroma verrucaeforme, *cellulosum,* firmum; sporidia in superficie sparsa, sublibera, pedicello brevi adnata.

1. E. nigrum. *Link.* 1—3. *Cord. ic. I. f. 90.*
2. E. purpurascens. *Ehrnb.* 1, 2. *Cord. l. c. f. 88?*
3. E. scabrum. *Cord.* 3. Holmiae. *l. c. f. 91.*
4. E. pallens. *Fr.* 3.

---

*) Hoc, ut plura genera, jam ante vigenti annos determinavi, at distincta nolui festinare; nunc in hoc ordine membrum est prorsus necessarium et insigne.

**) Sporidia hujus generis nullo modo cum sporis Hymenomycetum comparanda, sed potius cum Gymnosporangii, Podisomatis c. s. p., modo continua. Singulus hujus familiae ordo incipit generibus Tremellinis, inter se eximie analogis et in Coniferis obviis.

***) Hoc genus ad prius accedit ut Coryneum ad Gymnosporangium. Quoad iconem prorsus collidit cum *Crocisporio* Cord. Ic. I. f. 87.; nos ad specimina authentica in Fl. Scan. descripsimus.

** *Sporidiis absque pedicello adnatis*, superficiem dense vestientibus.

XLIX. Acinula. *Fr.* *)

Stroma sphaericum, ceraceum, cellulosum, strato peripherico demum gelatinoso cum sporidiis innatis epedicellatis diffluente.

1. A. candicans *Fr.* 4. Salten! *W. 1.*
2. A. profusa. *Fr.* 3. Cortex Abietis deject. Myxarium. *Wallr.*

L. Aegerita. *Pers.* Sclerotium *Hoffm.*

Stroma sphaericum, grumosum, sporis continuis periphericis epedicellatis, pellicula tenuissima fatiscente laxis pulveraceis.

1. *A. candida.* P. 1, 3, 4. *S. S. 340.*

LI. Sclerotium. *Tod.* **) *Berk. S. 14. t. 3. f. 5.*

Stroma ceraceo-corneum, persistens, intus cellulosum; sporidiorum, arcte adnatorum, strato exteriori celluloso-heterogeneo corticatum.

---

*) Genus summopere insigne, ad Sclerotia accedens, ut Nematelia ad Dermosporia. Forte *Nematelia nucleata* (*B. S. 291*) potius hujus generis; nam in veris Nemateliis stratum sporidiiferum non diffluens est; saltim in cortice abiegno legi speciem, nonnihil recedentem, at ad *N. nucleatam* proxime accedentem. Haec vix dubie sistit *Myxarium nucleatum.* Wallr. Cr. p. 260.

**) Genus vulgo asporum censetur, sed ex omni analogia non possum non stratum exterius cellularum heterogenearum eumorpharum, utpote stromatis ulteriorem metamorphosin, pro sporidiis habere, cum has cellulas sporidiorum instar secedere manifeste vidimus; et in aliis sporulas effundunt, unde superficies pruinosa! Sed haec omnia in statu vegeto observanda; nam in exoleto et sicco, ut etiam Polypori etc., aspora videntur. Hieme miti, pluvio a superficie *Sclerotii duri* sporas manifestissimas in aqua sub microscopio diffluere vidimus. Aliae subsimiles species v. c. *Scl. compactum* pellicula villosa, conidiis? inspersis, at mox secedente, primitus obducuntur. — Quatenus aspora, Sclerotia tamquam autonomae plantae non censenda essent, nec denegandum variorum fungorum incunabula bis adscripta fuisse, tam Discomycetum v. c. Phacidiaceorum, quam Pyrenomycetum (v. c. Erysiphes, Pyrenophorae, Dothiorae, Acrospermi) et Gasteromycetum (Anixiae, Cenococci) etc. Excludendas porro censeo omnes species vero innatas et strato sporidiorum heterogeneo haud instructas. His vere exclusis restant multae species nobiles et insignes, quas meo sensu ex autonomarum plantarum numero neutiquam excludere licet, saltim tam diu nemo divinare potest, quorsum pertineant. Longe magis suspecta sunt s. d. sporidia *Gyroceratis* etc. etc. — Ceterum hoc genus tam diversos praebet typos, ut olim ulterius sit subdividendum. At *Scl. atrovirens*, *complanatum*, *pyrinum* etc., Tremellae instar in statu vegeto molliora, sporis pruinosis, multum recedunt et ab *Alytis* (typo *Scl. duro*, ad quod character genericus supra datus accommodatus), et a *Coccopleis* Ehrenb. (quae Coccocystis Cord.) At donec singulas species rite distribuere liceat, genus integrum servandum, et variae species inferioris dignitatis omittendae.

a. Libera.

1. S. olivaceum. *Fr. El. p. 40.* 2, 4. *S. S. Dec. 38.* Nobiliss.
2. S. strobilinum. *Schmidt.* 3. Upland.
3. S. floccipendulum. *Fr.* 4. Pinet. Smol.
4. *S. complanatum.* Tod. 1—4. *B. 1. Cord. III. f. 56.*
5. S. scutellatum. *Alb. Schw.* 2, 3. *B. 2.*
6. S. Pezizaeforme. *Schw.* 2. Saelland. (n. v.)
7. S. excentricum. *Fr.* 4. Ostrogoth.
8. *S. Semen.* Tod. 1—4. *B. 3. Cord. III. f. 55.*
9. *S. vulgatum.* Fr. 1—4. cum pl. varr.
10. S. udum. *Fr.* 4. Smoland.
11. S. stercorarium. *Dec.* 3. Smoland.
12. S. cepivorum. *B. S. 168.* Holmiae.
13. S. carneum. Fr. 3. Smoland.
14. S. (Coccopl.) *Spermoides* Fr. 1—4. *S. S. 68. Cord. III. f. 49.*
15. S. (Coccopl.) palliolatum. *Ehrenb.* 3.
16. S. (Coccopl.) pubescens. *P.* 2—4.
17. S. (Coccopl.) stipatum. *Fr.* 2.

b. Subtecta. (S. neglectum. *B. S. 91*)

18. S. vaporarium. *Alb. Schw.* 1. Lund., Malmö.
19. S. tectum. *Fr.* 1, 2.
20. S. roseum. *M. N. 884. B. S. 163* bis.
21. S. medullare. *Berk. S. 14.* c. ic. 3, 4.
22. *S. fungorum.* P. 1—4. *B. 5.*
23. S. truncorum. *Fr.* 2. *B. S. 53.*
24. S. muscorum. *P.* 3, 4! *B. 6.*

— Rhizoctonioides. *S. S. n. 174.* *) Bryochista. *Lk.*

c. *Erumpentia.*

25. S. emergens. *Fr. El. 2. p. 42.* — 4.
26. S. immersum. *Tod.* 4.
27. *S. fulvum.* Fr. 1—4. *S. S. Dec. 38.*
28. S. sanguineum. *Fr.* 3, 4.
29. S. rugulosum. *Fr.* 3, 4.
30. *S. maculare.* Fr. 1—4. *S. S. 426.* **)

---

*) Ultimae tres species a reliquis haud parum recedunt et priores duae (*S. muscorum* ab utroque diversissimum est, sui forte generis) vulgo pro mycelio *A. tuberosi* sumuntur. Res tamen dubia est; primo *Agaricus tuberosus* passim basi Sclerotioidea prorsus destituitur; porro quattuor inter se diversissimis Sclerotiis innascitur, quod vix fieri posset, si Sclerotia ipsius fungi organon. Etiam *S. mycetospori* transitus in Ag. volvaceum dubius est; apud nos hic Agaricus frequens absque vestigio illius Sclerotii; idem de Sclerotio laudato testatur Cel. *Rabenhorst.*

**) Sine dubio e commutatione nominis cum *Sphaeria maculari* Cel. *Lindblom* hoc in *Ind. Syst. Myc.* ad Perisporium maculare du-

31. S. Circeae. Schum. 1. Dan.
d. Alytum. *Adnata.* (S. Rubi *B. 7.*)
32. S. protuberans. *Fr. El. p. 42.* 1. Bleking. Insign.
33. S. Lycopodii. *Fr.* 4. Alp. Norveg.
34. S. Orobanches. *Schw.* 1. Scan.
35. S. varium. P. 1, 3. *B. 7.*
36. S. pyrinum. *Fr.* 1—4. at raro. *B. 8.*
(S. compactum. *Dec.* in plant. exot. hort.)
37. *S. durum.* P. 1—4. *S. S. 218* cum plur. aff. *B. 11.* *)
38. *S. Pustulla.* Dec. 1—4. *B. 12.*
39. S. Trientalis. *Fr.* 4. Smol. rar.
e. *Affinitatis incertae:* Cfr. Phylloedia.
40. S. figuratum. *Fr.* 1. *S. S. 338.*
41. S. Brassicae. *P.* 1, 2.
42. S. Linnaeae. *Fr.* 4.
— *S.? speireum.* Fr. 1, 2. *S. S. 206. Cord. ic. II. f. 98.* **)

[LII.? Rhizoctonia *(Dec.) Schwein.* ***)

E mycelio fibroso repente nascitur stroma carnosum cellulosum, cellulis omnibus conformibus et homogeneis. Sporae ignotae.]

---

xit! Specimina igitur hujus dedimus in S. S. l. c. ut differentia pateat.

*) Varia Fungorum incunabula Sclerotia quidem imitantur, caveamus vero ne hanc similitudinem nimis extendamus. *Sclerotium durum* non est alius fungi mycelium, tum enim definitam speciem educeret; nos vero in hoc et Typhulas et Mucedines quattuor diversorum generum parasitantes vidimus!

**) Haec *sterilis forma* nullo apto loco collocanda, sed adeo frequens, ut prorsus omittere noluerim. *Sclerotium Clavum* Dec. non sistere veram plantam jam pridem (1819) plene exposui, sed modo semina graminum morbosa, quae ideo *Spermoedia* diximus. De industria facile falsarium committunt, qui me hoc tamquam peculiare genus distinguentem citant. In hoc varii fungi, Fusaria etc. parasitantur, sed his praebet matricem, nec stroma. *Sphacelia* Lev. igitur non synonymon Spermoediae! nec *Secale cornutum* est Sphacelia! Officinalis est Spermoedia, quae Sphacelia vulgo caret!

***) Me non fugit Rhizoctonias *Dec.*, a me non observatas, pro autonomis plantis a Recentioribus haud censeri (at *Chevall.* in *Fl. Parisiensi* sporas manifestas pingit). At, etiam his missis, plures restant a Schweinizio allatae species, praecipue inter corticem et lignum natae, adeo memorabiles, ut genus neutiquam omittere liceat, quamvis fructificatio non cognita sit. — Eadem ratione *Scl. truncorum* et *muscorum* e mycelio fibrilloso (Corticiorum prorsus simili) orta vidimus; verum haec et a Schweinizianis et inter se structura admodum differunt. Alia summopere notabilis forma est *S. Rhizomorpha* Fr. El., autonoma sine dubio planta, sed genere dubia. Vix ullibi plura observanda restant, quam in historia Sclerotiacearum; necesse est ut in vivo ad omnia evolutionis stadia observentur, nam fungo ipso per-

LIII. Spermodermia. *Tod.* — *Kunz. M. II. 2. t. 2. f. 6.*
Stroma e carnoso suberosum, strato sporidiorum corticatum, sporis demum plus minus secedentibus pulveraceis.
1. S. protuberans. *Fr.* 4. — (*Cord. I. f. 26.* minor, cet. simillima.)
2. S. clandestina. *Tod.* 2.
(Didymosp. Carpini *Cord. f. 166* videtur inter LI et LIII medium genus)

LIV. Sclerococcum. *Fr.* *)
Sporae globosae, opacae, inter se et cum stromate tenui in tubercula carbonacea conglutinatae.
1. *S. sphaerale.* Fr. 1—4. S. S. 179. Spiloma sphaeral. *A.*

F. Illosporiacei. **)

Vegetatio primitus gelatinosa, instar Myxogastrium, stroma praebens (nulla adest vegetatio floccosa, hinc desunt quoque sporophora); in summis gelatinosum persistens, in reliquis disparet, relinquens stroma spurium, l. in tubercula induratur. Sporidia numquam pedicellata, gelatinae enim immersa.

LV. Diaphanium. *Fr. Fl. Scan. p. 307.* ***)
Sporae majusculae, ovales, pellucidae, eumorphae, intus omnino vacuae (nucleo grumisve destitutae) in massa gelatinosa persistente immersae.
1. D. maximum. *Fr.* 4. Smol. ad truncos Fagi, Pini.
2. D. lacteum. *Fr.* 4. Ib. in ligno putrido Betul.

---

sistente sporidia in definito momento evoluta tantum legentur. Quod alii fungi in quibusdam parasitantur, omnium autonomiam aeque parum refellit ac Elaphymycetum Cordicipites, in his tantum obviae. Mycelia tuberosa facile discernuntur!

*) Autonomam esse plantam patet ex specierum proventu, tam in lignis aridis quam in diversissimorum Lichenum thallo prorsus conforme. Strictius ad sq. ordinem referatur; sed ut in bivio positum hoc loco aptum quoque sibi vindicat locum.

**) Ordo insignis, in Flora Scanica constitutus. Fusaria, Fusisporia, stromate obliterato, eadem origine et facie, dignoscuntur sporis sporophoris suffultis.

***) Hoc et sq. genus cum Gymnosporangio, Nematelia, Apyrenio, Ceratio analoga sunt; sed quoad structuram praesens ex omni parte refert *Palmellam*, ut loco et origine e ligno putrido, *bruma*, potissimum dignoscatur. *Diaphanium maximum*, magnitudine tuberum Solani varians, difforme, tuberculosum, effusumque, undulatum hyalino-candidum; totum e gelatina fluxili, sed tenaci factum, cui innatant sporae pulchrae, oblongae, utrinque obtusae, rectae, totae hyalinae, *medio septatae!* — *D. lacteum* multo minus est, lin. circiter latum, hemisphaericum, lacteum, magis firmum; sporae prioris simillimae, at *non septatae.* — *Pionnotes capitata* in aqua irrigata tota in "sporas vermiformes" solvitur.

[LVI. Pionnotes. *Fr.*

Sporae majusculae, cylindricae, flexuosae, pellucidae in massam gelatinosam rigescentem (aurantio-rubram) effiguratam junctae. Typus Fusar. capitatum *Schw.* et pl. sp. exot.]

LVII. Illosporium. *Mart., Fr. S. M.* *)

Sporae *irregulares,* primitus muco obvolutae et in globulos, dein fatiscente-farinaceos, conglutinatae.

1. *I. roseum.* Fr. 1—4. *Cord. III. f. 2. B. 1. W. 1.*
2. I. carneum. Fr. 3, 4. *Cord. l. c. f. 1. W. 2.*
3. I. coccineum. Fr. 4. Hall. *Cord. l. c. f.* 3.
4. I. persicinum. Fr. 4. Fems. *S. S. 300. W. 3.*

LVIII. Coccospora. *Wallr.* **)

Sporidia sphaerica, pellucida, majuscula, in tubercula effigutata rigido-fragilia conglutinata, sed in aqua facile solvenda.

1. C. aurantiaca. *Wallr.* 2, 4. Ligna Fagi.

[LIX. Sphaerosporium. *Schw. Am. t. 19. f. 5.*

Sporae magnae, pellucidae (globosae) coloratae, intus grumosae, in acervulos pulvinatos firmulos junctae. *Eximium genus!)*

LX. Achitonium. *Kunz. — Fl. Scan.*

Sporae minutae, globosae, cum nucleo (guttula oleosa Rec.) solitario pellucidae, primo gelatina, evanescente l. in stroma spurium collapsa, junctae, dein nudae irregulariter conglomeratae.

1. A. acicola. *Kunz.* 4. Chroostroma Pini. *Cord. I. f. 84.*

LXI. Myriophysa. *Fr. — Fl. Scan.* ***)

Sporidia globosa, vesicularia, sporulis farcta, in tuberculum superficialem persistenter gelatinosum conglutinata.

1. M. atra. *Fr.* 4! In acubus Pini.

---

*) Genus, sporis ab omnibus diversum, insigne primo experimento naturae in hac familia e muco et peridiola s. ascos et peridium formandi, licet valde incompleta et rudia. Non ita gravitur erratum censeo, quod olim huic generi pseudoperidium adscriptum sit. Veteres Sclerotia dixerunt.

**) Habitus *Sclerotii muscorum,* aut potius *Trichiae serpulae* praemature exsiccatae; vegetatio nulla adest floccosa. In aqua sub microscopio solvitur tota in sporidia "ovulis piscium" simillima.

***) Tubercula eumorpha, irregularia, contigua, atra; mollia potius quam gelatinosa. Haec tota facta sunt e sporis? l. sporidiis magnis, pellucidis, stromate spurio grumoso, conglutinatis. Additis setis sisterent Ospreosporium. *Cord.*

LXII. Schizoderma. *Kunz.!* Hypodermium. *Lk.!* *)

Sporae eseptatae, coacervatae, in discum erumpentem conglutinatae, dein plus minus secedentes subpulverulentae.

1. S. Hypodermoides. *Kunz.* 1, 3.
2. S. salicinum. *Fl. Scan.* 3, 4! Optima, typica spec.!
3. S. betulinum. *(Cord. I. f. 25.)* 3, 4. Coniothecium. *Cord.*
4. S. Pinastri. *Fr.* 3, 4. Hyperderm. *Lk.*

Longe plures exstant species, sed et ambiguae et per se parum notabiles.

LXIII. Strumella. *Fr.* — *Not. Micr. II. f. 7.*

Sporae minimae, simplices, atrae, in tuberculo indurato atro nidulantes. *Hactenus in fructibus plantarum.*

1. S. Leguminum. *Fr.* 3. Ostrogoth.
2. S. Cucurbitacearum. *Fr.* 1. *Not. l. c.*

LXIV. Phyllocdia. *Fr.* — *Not. Micr. II. f. 10.*

Sporae minimae, simplicissimae coloratae, in gelatina subamorpha indurata colorata nidulantes. **)

1. P. epiphylla. *Fr.* 1, 2. Collectiva.

Appendix:

A. Melampsora. *Cast. Mars.*

Tubercula epiphylla, ceraceo-cornea, intus sporophoris cylindricis; sporae? *Habitus exacte prioris.* Sclerotia. P. et Auctt.

1. *S. populinum.* P. 1—4. ***)
2. S. salicinum. P. 1—4. *S. S. 338.*
3. S. areolatum. Fr. 3, 4. *S. S. 337.*
4. *S. herbarum.* Fr. 1—4. Collectiv.

B. Spilocaea. *Fr.* †)

Sporae globosae, simplices, sibi invicem et matrici arcte adnatae, maculas epidermide secedente nudas sistentes.

1. *S. Pomi.* Fr. 1—4. *S. S. 260. B. 1.*

---

*) Collidit pro parte cum *Coniothecio* Corda, at non omnes hujus generis species complectitur.

**) A *Myxosporio* Link, prorsus Nemasporae synonymo, quam maxime differt. Nemasporae cirrhis, a tuberculo suo matricali saepissime rejectis, pro typo hujus generis sumtis, addit Cel. *Corda* plures species diversissimas, v. c. *Illosporium coccineum* et *fagineum* Lib., quae a me non visa magnopere dolemus. Cum *Phyllocdia* vix jungenda sunt, potius cum Coccospora l. forsan novum genus inter Pionnotem et Illosporium sistant, cui *Myxosporii* supervacaneum nomen servarem.

***) In *Populo balsamifera* vidi tubercula, quorum dimidia pars erat Uredo, altera Melampsora! Structura tamen magis differt, quam quae conjungantur.

†) Ubique, at frustra, monui *Spilocaeam* Scirpi Link nullo modo ad hoc genus esse referendam, nec autonomam sistere plantam!

Observatio.

Hanc et sequentem familiam Fungos elementares dicimus, utpote reliquorum prima stamina repraesentantes, Gymnomycetes nempe Systema fructificativum, Haplomycetes vegetativum. Caute igitur separandae formationes, quae in hoc infimo statu semper persistunt et fructificant a perfectiorum primordiis l. statibus abortivis, in autonomarum plantarum censu haud citandis. Sine pleniori perfectiorium fungorum cognitione haec discernere impossibile est. Haec est ratio, cur horum studium tironibus potissimum commendarem; rerum novarum potissimum studiosi hos, ut res jam cognitas, vulgo negligunt; ex mea autem plena persuasione a summis ad inferiora descendamus nec versa vice. Inter infimas plantas commendarem legem, a me semper observatam, omnia minus perspicua, squalida, vegetationis rationibus haud insignia, nec iteratis vicibus obvia, rejicere vel in novum examen seponere. Cum de multis generibus facile dixeris, characteres in charta l. icone magis prominere, quam genera ipsa in natura; equidem studeo, ut genera in natura magis definita sint, quam characteribus.

Fungi genuini instructi sint et systemate vegetativo et fructificativo. Hinc multa illa genera, in quibus tota planta sistet sporidium, mihi suspecta sunt. Ejusmodi et saepe prorsus identicae cellulae uniformes, simplices l. compositae, inter Algas frequenter obviam veniunt, sed inter has non pro fructificatione, sed pro vegetatione sumuntur. Alio loco plenius exponam abusum nominum sporidiorum l. sporarum inter fungos. Fructificatio semper ponit praecedentem vegetationem; haud dicamus omnes cellulas, novas enitentes, sporas l. sporidia. Etiam maxime compositae v. c. *Dictyosporii, Speirae* etc. in statu primario cellulam simplicem sistere debent, ut in cotyledinibus Filicum, sporidiis Macrosporii plurimisque observare licet. Simplicissimam autonomam Fungorum vegetationem offerunt ex una parte *Illosporiacei,* ex altera infimi *Haplomycetes.*

In illis sistit modo mucum matricalem, in quo generantur sporae; in his mycelii flocci ipsi secernunt sporidia. Si *Gymnosporia* Cord., *Chromosporia* Cord. etc. ut autonomae plantae censendae sint. cognita esse debet sporarum origo, nam simplicissimam cellulam tantum, sine ulla praevia vegetatione, pro

---

Nihilo tamen minus facile omnes in hac quaerunt generis Spilocaeae typum, quem eximium praebet Gallica *S. epiphylla!* sporis facile solutis. Neque cum Uredinibus comparandum est hoc genus; praecedentibus vero intime connexum est.

sporidio habere non possumus. Forsan quaedam ex his in muco matricali nata et ex hoc statu primario ad Gymnomycetes referenda, v. c. *Dicoccum* e. s. p.

E characteribus datis manifestius huc referenda sunt *Asterotrichum* Wallr. (e vicinia forsan Catinulae), *Apotemnoum* Cord. e. s. p. at mihi prorsus ignota sunt. Cel. *Berkeley* ad Isariaceos refert *Ceratocladium* Cord. et tam ob affinitatem, quam stroma manifestum ab eodem et Sarcopodio haud longe removendum est *Gyrotrix*. C. Etiam *Gyroceras* Cord. ex hac vicinia videtur, nam setas annulatas pro sporidiis aegre sumam.

Ex altera parte utraque fungorum elementarium familia ad Exanthemata descendit, ut limites varie ponantur nec in natura exstant definiti. Infimae enim plantae, ceterum autonomae, matricis substantiam in suam convertunt. Inter Gymnomycetes tamen et exanthemata absolutus in his defectus sporidiorum strictos offert terminos. Ad entomogeneas formationes pertinent Dryophilum *Schwein.!*, *Podostrombium* Kunz., ut vir antiqua fide in schedula addita ipse monet.

Fam. CXVI. *Haplomycetes.*
(S. Hyphomycetes et Coniomycetes genuini *S. M.*)

Infimos fungos, nulla metamorphosi fixos, sed e floccis (mycelio) primo gradu sporas enitentes, complectitur haec familia. Defectu igitur omnis thalamii, peridii et stromatis genuini a praecedentibus dignoscuntur. Nulla alia adsunt organa quam flocci et sporae s. sporidia. Flocci utpote systema vegetativum modo sistentes et sporae, ut praecedente metamorphosi haud fixae, maxime variae sunt et in continua evolutione occupatae. Tantum in prima serie incompleta metamorphosi exseruntur flocci sporiferi proprii, qui receptaculum sporarum praebent. Haec series sensu strictiori Hyphomycetes dicenda, quamvis Sepedoniacei ob mycelium luxurians Hyphomycetibus vulgo adscripti, re ipsa magis affines sunt Coniomycetibus, in quibus primitus etiam adsunt flocci vel sporophora. Hac limitatione prorsus excludendae ut spuriae et secundariae formationes omnia strata pulveracea, quae, Leprariarum instar etc. inter Lichenes, organismis chaoticis pro tempore adnumeranda sunt. Cfr. Obs. pone Gymnomycetes.

Ex jam indicatis patet, cur natura inter hos infimos fungos et generatione secundaria quasi ortos, ut etiam inter infimas Phyceas adeo lubrica et versiformis sit, ut ad genera et species definitas aegre cogatur. Magna pars utriusque gregis sistit primordia vel, quod frequentius est, status abnormes aliarum plantarum non modo suae classis, sed etiam Lichenum, Muscorum, Filicum etc. Quae restant autonomae utique nobiles sunt, sed adeo proteae et versiformes, ut in variis statibus aegre recognoscantur. Hinc praebent campum, in quo quotidie, si characteribus singuli status satisfacti simus, pro libitu novas species et genera detegere licet. Haec est ratio, cur equidem fere nulla nova proponere volui et paene innumeras a me observatas et in schedulis olim descriptas formas seposui, cum mihi defuerit necessarium otium his singulare per plures annos dicare studium, melius censens defectu quam excessu peccare.

In praesente multi majoris momenti est singulas species per varios evolutionis status sequi, quam nova describere genera et species. Entophyta, quae generationem secundariam absque dubio sistunt et de quarum genesi per sporidia gravissima restant dubia *), stationibus et externis momentis facillime quidem limi-

*) In plantis exoticis, e seminibus apud nos educatis frequenter nascuntur harum Entophyta, quorum sporas simul allatas fuisse haud facile fingerem. In campis facile est observatu, certa plantarum individua ab Uredinibus etc. per plures annos misere vexari, vicina individua nunquam infestantibus. In surculis arborum insititiis saepe videre licet Entophyta, ramis primariis ab his liberis et versa vice.

tantur et determinantur. Sed horum species per se valde ignobiles sunt, (characteribus micrologicis facile discernuntur quidem, at nulla ceterum priva vegetationis historia gaudent) et adeo infinitae, ut singulam formam definitam, sed a matrice pendentem, vix ut speciem proprio nomine notandam esse censeam. (Astronomi singulam stellam telescopiis detectam proprio nomine haud designant.) Vereor enim, ne nimis speciali studio ipsarum historia negligatur. Tum primum, monente Galeno, homines res ipsas neglexerunt, quum nimio studio nomina quaerere inceperunt.

In Systemate Mycologico ingenue professus sum has plantas haud satis mihi esse cognitas, quare obiter tantum tractavi. Ab eo tempore varias insignes formas quidem observavi, sed defuit otium tam ad novas de his litteras cum natura conferendas, quam integram hanc gregem per longum temporis spatium observandam. Hinc genera et species e Systemate Mycologico tantum hoc loco recipio. Per tres quattuor temporis partes sub hujus libelli redactione aegrotans et manuscriptum e memoria e lectu dictitans, nunc vela contrahere cogor, sperans alios vel filios meos mea studia continuaturos.

Generis notio, cum fructificatio nulla vel imperfecta metamorphosi definita sit, maxime fluctuat, ut e diversis principiis pauca et numerosissima condere liceat. Quamdiu morphoseos et anamorphoseos historia nondum absoluta sit, quo pauciora proponantur, eo melius mihi visum fuit. Hinc fere nulla nova inserere volui, multas licet observaverim formas insignes. Oppositam viam ingressus est Cel. Corda, quod minime oppugnam, licet meas symbolas in pejorem partem vulgo interpretaverit, ut videre licet in synonymorum citationibus, in proferendis multis generibus me auctore, quae equidem numquam autonoma vegetabilia agnovi etc. Horum exempla sistant Macrosporium, Mycomater, quae idem ac Myxonema Auctoris, a me pro variorum fungorum primis staminibus expressis verbis declarata.

Dispescuntur Haplomycetes in duas series nempe:

A. *Hyphomycetes*, floccis sporiferis erectis, a mycelio discretis.
I. *Mucorinei*, sporis in vesicula receptis.
II. *Mucedines*, floccis sporiferis tubulosis apice sporas liberas gerentibus.
IV. *Sepedoniacei*, floccis conformibus, sporis inspersis.
B. *Coniomycetes*, floccis in sporidia mutandis.
III. *Dematiacei*, fibris rigidis solidis a sporidiis discretis.
V. *Sporidesmiacei*, fibris cum sporidiis contiguis.
VI *Uredinei*, entophyta, sub epidermide plant. viv. nata.

Ustilaginem etc. e metereologicis aliisque physicis momentis potius generari quam e sporis, mihi persuasum habeo. Quod iterum novas gignunt cellulas hanc rem haud infirmat.

A. Mucorinei. *)

a. *Mucorei,* vesiculis terminalibus.

I. Pilobolus. *Tode.* Pycnopodium Corda.

Vesicula discreta dissiliente a floccis contiguis, roridis, superne ventricoso-clavatis.

1. *P. crystallinus.* Tod. 1—4. *B. 1.*
2. P. roridus. *Bolt.* 2. *B.* 2.

II. Hydrophora. *Tod.*

Vesicula primo crystallino-aquea, dein turbida demumque indurata persistente, sporis absque columella conglobatis.

1. *H. stercorea.* Tod. 1—4. *B. 1.*
2. H. tenella. *Tod.* 3.
3. H. Mucerdae. *Fr.* 1, 2.
4. H. murina. *Fr.* 3, 4. *B.* 2.

III. Mucor. *Mich.*

Vesicula membranacea dehiscens, includens sporidia discreta columella vulgo suffulta.

* *ramosi.*

1. M. ramosus. *Bull.* 1, 2. *B. 1.*
   — rufus. *Pers.* — flavidus *P.*
2. M. pygmaeus. *Link.* 1, 2. sub pl. formis.
3. M. albovirens. *Fr.* 4.

** *stipite simplici.*

4. *M. Mucedo.* L. 1—4. *B.* 2.
5. *M. caninus.* Pers. 1—4. *B.* 3.
6. M. delicatus. *Berk.* 3. *B.* 7.
7. M. fusiger. *Ehrenb.* 1. Ups. *B. 4.*
8. M. clavatus. *Link.* 1—3. *B.* 3.
9. M. stolonifer. *Ehrenb.* 1—4. Rhizopus *Corda.*
10. M. nigrellus. Schum. 1, 4. Vexiö.

(*** *Thelactis.* Mart. **)

---

*) Mucorineos a Mucedinibus familia movere impossibile mihi semper visum fuit. Vegetatio eadem omnino et limites prorsus evanescunt. Vesicula modo est velum, quale in multis Mucedinibus vidi, modo fugacissimum. Gelatina, qua variorum sporae conglutinatae, est velum minus evolutum, ut in Thelebolo et Dacryobolo patet. Cum haec vesicula insuper cellula simplex, pro asco haberi posset. — Ex auctorum placitis, indicata mea exceptione, Periconicos supra inter Sporocybeos citavi; at genus mihi rite cognitum, *Phycomyces,* absque dubio est Mucorineum, indeque infra simul citatur. — Genera Chordostylum *Cord.* et adhuc magis *Caulogaster* mihi omnino paradoxa. (Entomologi nostri primarii hujus vesiculas pro Insecti ovis declarant.)

**) *Thelactis* verosimile peculiare genus, at e fructificatione nulli characteres adhuc nobis cogniti sunt. — *Thamnidium* sec. Cel. Corda

IV. Ascophora. *Tod.* Pilophora Wallr.

Vesicula dehiscens et diffluens, columella inflata demumque collabescente. Sporae columellae innatae concatenatae.

1. *A. Mucedo.* Tod. 1—4. *B. 1.*
2. A. elegans. *Cord.* 1, 2. Thamnidium. Link.

Plures exstant species.

V. Sporodina. *Link.* Cord. I. f. 284.

Vesicula membranacea, mox circumscissa. Columella magna sporis simplicibus innatis. *)

1. S. grandis. *Link.* 3, 4. *B. p. 340.*
2. S. stilboidea. 3. Hemiscyphe Cord. Sturm. tab. 28.

VI. Phycomyces. *Kunz.* **)

Vesicula pyriformis basi articulo discreta; sporae oblongae simplices.

1. P. splendens. *Fr.* 1. Ronneby, Blek.
2. P. nitens. *Kunz.* 1, 3. Fyen. Finl. *B. S. 224.*

[VII. Didymocrater. *Mart.*

Vesiculae geminae clavato-cylindricae ore orbiculari apertae.]

[VIII. Diamphora. *Mart.*

Flocci fertiles bifidi vesiculis duabus discretis, operculo deciduo tectis, terminati.]

b. vesiculis lateralibus.

IX. Syzygites. *Ehrenb.*

Flocci tubulosi continui dichotomi, vesiculis lateralibus sessilibus, binis oppositis in unam coalescentibus, sporarum globo medio.

1. S. megalocarpus. *Ehrenb.* 3, 4.

[X. Azygites. *Fr.* ***)

Priori similis, sed vesiculae pedicellatae solitariae, singula sporarum globum includente.]

---

ad Ascophoram retuli, licet mihi olim verus Mucor visus sit. Rami illi secundarii forsan accidentales, in variis obvii?

*) *Crateromyces* Cord., teste Boheman, ab ovis Hemerobii, ex icone saltim, discerni nequit. Simillimam ipse quoque legi formam absolute Entomogeneam. — Hujus indolis esse *Ascophoram* perennem Tod. notissimum est.

**) Hoc genus adeo manifeste Mucorinum, ut hoc loco inserere necesse ducam. *Excludas igitur supra p. 468*, ejusque loco inseratur:

[XIX. Calyssosporium. *Cord. ap. Sturm. t. 27.*

Stipes solidus, rigidus, annulatus in columellam, inferne peridio incompleto cinctam, porrectus; sporis heterogeniis in capitulis conglobatis.]

***) Praecedenti utique simillimum; sed characteres praebet insignes et quamvis prius apud nos vulgatum sit, nullum hujus vidimus vestigium. Illud in Agaricis, hoc tantum in Boletis lectum.

[XI. Melidium. *Eschweil.*

Flocci solidi, contigui, ramulis lateralibus peridiolis globosis persistentibus terminatis. Sporidia quaterna.]

[XII. Chionyphe. Thienem. *)]

B. Mucedines.

* *Aspergillei,* sporis moniliformi-concatenatis. *Monilia Pers.*

XIII. Aspergillus. *Mich.*

Sporae seriatim concatenatae, in capitulum circa apices floccorum clavatos arcte congestae.

1. *A. candidus.* (Pers.) 1—4. *B. 1.*
2. *A. glaucus.* (L.) 1—4. *B. 2.*
3. A. griseus. *(Pers.)* 1.
4. A. flavus. *Link.* 2, 3. (Aff. *B. 4.)*
5. A. aurantiacus. Berk. Suppl. 237. 1. Scan. **)
6. A. virens. *Link.* 2—4. *B. 7.*
7. A. mollis. *Berk. 6.* Smoland. Femsjö.

XIV. Penicillium. *Link.* Monilia. *Pers.*

Sporae in floccos moniliformi-concatenatae in ramulis floccorum apice penicillatorum.

1. P. fasciculatum. *Sommerf.* 3, 4. Smol. Salten.
2. *P. crustaceum.* (L.) 1—4. ***)
3. P. bicolor. *Fr.* 2—4. Coremium. Link.
4. P. roseum. *Link.* 1, 2.
5. P. candidum. *Link.* 1—4. (B. S. 241. n. 4.)
6. P. leucocephalum (Rabenh.) 2. Cord. I. f. 282.

XV. Monilia. *Hill.* †)

Sporae in floccos moniliformes liberos in floccorum apicibus simplicibus concatenatae.

1. M. digitata. *P.* 3. r.

[XVI. Gonatorrhodum. *Cord. Prachtfl. t. 3.*

Sporarum catenae floccorum nodis apicique adnatae, reliqua prioris.]

---

*) A Lanosa hoc genus omnino diversum est. Aërophyton *Eschweil.* ob floccos coenotocos inter Stilbaceos citandum est. Cephaleuros *Kunz.* ex Berkeleyi sententia a Fungis removendum est. Helicostylum *Cord. V. f. 28.* pro Acremonieo sumsi.

**) Nematogonium *Desm.*, observante Berkeleyo, hujus sistit mycelium.

***) Facillimum est observatu hujus transitum in *Coremia.* Nostras de hoc genere observationes confirmavit Cel. *Berkeley.*

†) Mirum sane hoc genus polymorphum apud nos adeo rarissimum esse, ut unicam modo viderim speciem. *Rhodocephalum* Cord. a Briarea Ejusd., = Moniliae typo, ob floccos modo continuos genere vix moveam.

b. *Botrytidei,* sporis capitatis.

XVII. Haplotrichum. *Link.* *)

Flocci (simplices) apice capitati; sporis capitulo innatis eseptatis.

1. H. capitatum. *Link.* 1—4.
2. H. glomerulosum. *(Bull.)* 1. Upsal. Botr. *S. M.* Asp. *B. 3.*

(Rhopalomyces *Cord.* recedit floccis contiguis et sporis melius evolutis.)

[XVIII. Stachylidium. *Link.* **)

Sporae (intra vesiculas fugacissimas natae) in ramulorum apicibus capitato-conglomeratae, subpedicellatae.

1. S. bicolor. *Link.* 1—3. *B. 1.*
2. S. terrestre. *Link.* 2—4. *B. 2.?* non ic. Supl.
3. S. Agaricinum. *Fr.* 3. (Affine *S. Bassiano,* s. Botr. *Mont., B.*
4. S. diffusum. *(Alb. Schw.)* 1. Lund. *B. 3.* [*Pot. p. 26.)*

XIX. Botrytis. *Michel.* ***)

Sporae simplices in floccorum apicibus (intra mucum l. vesiculam fugacissimam natae) sessiles, haud septatae, capitato-conglomeratae, dein floccis inspersae.

a. Umbellatae. *S. M.* Polyactis sp. *Link.* Spicularia. *P.* Acmosporium. *Cord.*

1. B. umbellata. *Bull.* 1. Tosterup.
2. B. bicolor. *Link.* 1. Lund.

b. Cymosae. *S. M.* Polyactis. *Link. Cord.*

3. *B. vulgaris.* Fr. 1—4. — *B. 4.*
4. B. cana. *Kunz.* 1. *B. 3.*
5. B. leucospora. *Lk.* 1.
6. B. vera. Fr. 1—4. *B. 5.* Clonostachys *Cord.*

c. Paniculatae. *S. M.* (Gliocladium. *Cord.* affine.)

7. B. elegans. *Link.* 4. Smol.

---

*) Genus inter Aspergillum et Botrytin exacte medium. *Rhopalomycetem* non vidi, sed e floccis contiguis l. septatis tantum equidem aegre genere distinguerem. Ceterum per se patet in his plantis prorsus subjectivum esse, quousque prisca genera subdividamus. Genera a me nunc haud recepta, *speciebus melius cognitis,* facile admittenda sunt; *in praesente jam nimia videntur.*

**) Ab hoc genere insuper distinguuntur a Cel. Corda *Sceptromyces, Botryosporium* e. s. p.

***) Genus, *Michelii* et Veterum sensu, complectitur species *Umbellatas* et *Cymosas,* quibus nomen necesse servandum. Recentiores quidem, servato typo, *simul* transtulerunt ad *Trichospora* nostra (seu Sporotrichi sect. 1. S. M.), quae Michelio et Patribus Byssi species, nec cum veris Botrytibus commiscenda. Genus olim subdividendum facile largior, licet hoc loco varia nova genera ut synonyma modo attulerim. Equidem olim in Sched. annotavi *Verticillia* sistere status imperfectos *Acrostalagmi* e. s. p., sed recentiores dubia movent, quae nunc solvere mihi haud licet.

8. B. laxa. *Fr.* 1, 2. Speciosa.
9. B. virella. *Fr.* 4.
10. B. carnea. *Schum.* 1—4.
d. Verticillatae. *S. M.* Acrostalagmus. *Cord.*
11. B. cinnabarrina. *Cord.* 2. *Cord. II. f. 66.*
12. B. allochroa. *Link.* 1—4. (Vidi Acrostalagmeam.)
13. B. rufa. *Schwab.* 1. Scan. 1847!
14. *B. lateritia.* Fr. 1—4. *B. 6. S. 238.*
15. B. tenera. (Nees) 1, 2. Verticill. *Nees, Cord.*, uti pr.
e. Spicatae S. M. Primitus vero capitatae.
16. B. aeruginosa. *Schum.* 1.
17. *B. cinerea.* P. 1—4. *B.* 2.
18.? B. grisea, 1—4. B. 1. *Haplaria.* Link.
f. Capitatae. *S. M.* (Habitus *Haplotrichi.*)
19. B. ovulifera. *Fr.* 1. Lund.
20. B. elongata. *Fr.* 1. Lund.
21. B. pulla. *Fr.* 1—3. —? Sporocybe. *Cord. IV. f. 90.* *)
(Hyalopus. *Cord.* sporis conglutinat.)

XX. Dactylium. *Nees. Fr.* **)

Sporae in floccorum apicibus natae, congestae, septatae.
1. D. sphaerocephalum. *B. S. 249. c. ic.* — Upsal.
2. *D. dendroides.* 1—4. Mucor. *Bull. B. 3.*
3. D. macrosporum. 3, 4! Botrytis. Dittm. *B. 2.*
*4. D. varium. (Nees) 1—3. Cladobotryum. *Nees!*
5. D. tenellum. *Fr.* 1. Lund, *Hort. Bot.*
6. D. pyriforme. Fr. 1. Cum pr. *B. 1.*
7. D. candidum. *Nees!* 1. Upsal.
[D. nigrum. *Lk!* = Triposporium. *Cord. I. f. 220.*]

[XXI.? Stachyobotrys. *Cord.* Ic. I. f. 278. B.
"Flocci apice ramulis verticillatis mamillaribus brevissimis,

*) Plures hujus generis sane exstant species, sed per omnia evolutionis stadia observare non licuit. *Perenosporas* Cord., latiori modo sensu, ob vegetationem et morphosin prorsus diversam seorsim proposui; in his sporae semper in apicibus solitariae. In reliquis etiam primitus saepe observatur guttula l. cellula solitaria, sporis similes, intra has nascuntur sporarum glomeruli. — Corethropis *Cord.* ab Auctore ipso merito *paradoxa* dicitur et meo sensu ex hac familia prorsus excludenda. Censores *Cordae Prachtfl.* hunc mihi ignotum fungum pro Mucedine in Clavaria, cui debeatur stroma, declarant. Quidquid sit, planta iterum investiganda.

**) Dactylium *Cord.* omnino differre et ad Dendryphium *Wallr.* referendum esse videtur. Nos ad specimina *Neesii!* descripsimus; et *Cladobotryum* Ejusd. aegre specie distinguitur a *Botr. macrospora* Dittm., cujus sporidia eximie septata. Septa subinde evanescunt, sporarum origine tamen hoc genus a priori satis differre videtur.

capitulum formantibus, coronati; sporis didymis homogeneis spiraliter positis et capitulo innatis."]

[XXII. Arthrobotrys. *Cord. Prachtf. t. 28.* *)

"Flocci nodulosi, nodulis glomeruliferis verrucosis, verrucis spiraliter positis et sporas solitarias, dein in glomerulos aggregatas, sustinentibus. Sporae didymae (at in *Gonatobotryde* C. simillimo simplices.]

c. *Trichosporei,* floccis sterilibus in fertiles adscendentibus, sporis acrogenis (non velatis), mox inspersis.

XXIII. Trichothecium. *Lk.* Diplospor. *Ejusd.!*

Flocci caespitoso-intertexti, medii fertiles erecti, sporis acrogenis liberis, vulgo laxe congestis, didymis.

1. T. nigrescens. *Fr.* 1, 2. Botryt. didyma. *Kunz.*
2. *T. roseum.* Lk. 1—4. *B. 2.* Puccinia. *Cord. II. f. 98.*
3. T.? capitatum. *Fr.* 2. Cephalothec. *Cord. II. f. 62.*
4. T. anodotrichum. *Cord. II. f. 48.* 4.
5. T. domesticum. *Fr.* 1. Lund. **) Affin. Acrothecio. *Cord.*

XIV. Trichosporum. *Fr. S. O. V.* ***)

Sporae simplices, nec septatae, solitariae, reliqua prioris. Sporotrichum sect. 1. *S. M.* Botrytis *Cord.*

1. *T. nigrum.* (Lk.) 1—2. *B. 1.* Virgaria. *Nees.*
2. T. umbrinum. *(Klotzsch.)* 4. *B. 2.*
3. *T. geotrichum.* (Desmaz.) 2—4. *B. 3.*
4. T. cinereovirens. *(Kunz.)* 3, 4.
5. T. olivaceum. *(Lk.)* 1—4.
6. T. flavicans. *(Lk.)* 4.
7. T. aureum. (Lk.) 2, 3.
8. T. fulvum. *Fr.* 4. Demat. *P.*
9. T. cinnabarrinum. *Fr.* 2, 4. Demat. *P.*
10. T. elaeochroum. *Fr.* 1. Lund.
11. T. conspersum. (Lk, sub Aclad.) 4.

---

*) Hoc et prius genus, mihi ignota nec ab alio observata, ex Auctoris iconibus adeo insignia sunt, ut haud visa omittere noluerim.

**) Habitu proprio byssino, nec mucedineo, potissimum hoc et sequens genus a prioribus dignoscuntur. Sporae enim saepe in apice collectae v. c. in *Trichothecio roseo*, quod hinc Dactylii species sensu Cel. Berkeley. Flocci fertiles erecti, nec decumbentes, ut ubique pinguntur. Hinc in praesente saltim *Cephalothecium* genere haud moveam. *T. domesticum* est species distinctissima, cum alia descripta non jungenda.

***) Veteres, plantarum indolem magis respicientes, quam externos characteres, hoc genus (sub *Bysso* s. *Hematio*) semper acute distinxerunt, ut *Botrytis* nomen huc trahere minime liceat. Equidem jam in S. G. V. O. a Botryti distinxi; at in S. M. cum Sporotricho tamquam peculiarem sectionem junxi. His quoque magis affines sunt.

12. T. densum. Ditm. sub *Botryt.* 2—4.
(*Botryt. grisea* h. l. facile e charact., sed affinitas nimia cum *B. cinerea* etc.)

XXV. Ramularia. *Ung. Fr.* *)

Flocci discreti, e mycelio repente (subentophyllo) surgentes, ramosi, vulgo septati. Sporae solitariae, terminales, septatae.

1. R. paludosa. *Fr.* 1. Upsal.
2. R. tenuissima. 1, 3. Botryt. *B. Pot. f. 20.*
3. R. didyma. *Ung.* 3. Didymaria. *Cord.*

XXVI. Perenospora. *Cord. Fr.* — Cfr. *Unger in Bot. Zeit. 1847. p. 313.* **)

Flocci non aut parce septati, sporae simplices, reliqua prioris. *In plantis vivis vulgo parasitantes.*

1. P. crustosa. *Fr.* 1—3. *B. 7.*
2. P. farinosa. Fr. 1, 2. *B. 9. Desm.*
3. P. trifurcata. *Ung.* 1, 2. Botr. ganglioniformis. *B. f. 2.*
4. *P. parasitica* (P.) 1—4. *B. 8. Cord. V. f. 18.*
5. P. destructor. (*B. S. 239. c. ic.*) 1—4. P. Schleideni *Ung.*
6. P. conferta. (*Ung. f. 11.*)
7. P. pygmaea. *Ung. f. 12.* 1, 4. *B. S. 128.*
(Ramul. pusilla *Ung.* priorum quasi prodromus.)

Appendix: Cephalocladia *Cord.*

Flocci decumbentes, repentes, exserentes ramulos brevissimos simplices apice sporiferos. ***)

---

*) Hoc et sequens genus, in plantis vivis vulgo parasitantia, habitu et vegetationis rationibus a prioribus sat manifeste recedunt. A *Botrytideis* recedunt sporis semper solitariis subpersistentibus, quo accedunt ad Verticillia. Sed varia Verticillia abire vidi in Acrostalagmos; guttula l. spora primaria, Botrydeorum more, plures includit. Reliqua Verticillia, semper monospora, inter Trichospora et Perenosporas medium tenent locum. Sporae Perenospora majores sunt et persistentes. — *R. paludosa* nostra inter *Diplosporium Morsus Ranae* Cord. V. f. 17 et *Blastotrichum* Cord. II. f. 30 media. Hujus herba, illius spora. Haec duo genera Ramulariae subjungenda fingam, dubius an sporae Blastotrichi floccis re ipsa contiguae.

**) Genus ad novas tantum species proposuit Cel. Auctor, sed plurimae exstant jam pridem descriptae. Cum ceterum e floccis septatis l. continuis, aliis haud suffultis differentiis, genera non distinguam, nec e floccis simplicibus et ramosis (decumbentes semper censeo atypicos) genus admodum dilatavi, quo limites magis naturales evaserunt et genus biologicis rationibus confirmatum primo obtutu recognoscitur. Species ut entophytae et epiphyllae vagae et inferioris ordinis, quam nobilissimae Botrydeorum.

***) Vulgatas has formas, pro myceliis hactenus praetervisas, in lucem primus protulit Cel. *Corda*, nec denegandum limites adhue esse difficillimos. Nam plurima mycelia conidiis, sporis simillimis, non

A. Helicostylium. *Cord. Ic. V. f. 28.*
B. Cephalosporium. *Cord. Ic. III. f. 29, 30.*
C. Zygodesmus. *Cord. Ic. I. f. 164, 165. IV. f. 81.*
D. Amphiblistrum. *Cord. Ic. I. f. 166.*
E. Gonatotrichum. *Cord. Ic. II. f. 51.*
F. Acremonium. *Link. Grev. Scot. t. 124.*
(Etiam Myxotrichum. *Cord. II. f. 52* (non Fr.) his accedit.)

C. Sepedoniacei.

* *sporis moniliformi-concatenatis.* Polydesmus *Mont.?*

[XXVII. Sphaeromyces. *Mont. in Fl. Alg. ined.*
Flocci erecti, brevissimi in catenas sporarum simplicium ex uno puncto undique radiantes tandem globum liberum constituentes, apice divisi.]

XXVIII. Oidium. *Link. — Fr. S. M.* Cfr. *Berkel. — et Fresen. in Fl. Ratisb. 1847. p. 11.*
Flocci erecti, biformes, fertiles e sporis simplicibus moniliformi-concatenati, nudi. *)

1. *O. aureum.* Lk. 1—4. *B. 1.*
2. O. fulvum. *(Kunz.)* 1—4. *B. 2.*
3. *O. fructigenum.* (P.) 1—4. B. 3.
4. O. aeruginosum. *Fr.* 3, 4. In prunis.
5. O. virescens. *Link.* 2.
6. O. Fusisporioides. *Fr.* 1.
7. *O. Monilioides.* (Nees.) 1—4. *B. 4.*
8. *O. Erysiphoides.* Fr. 1—4. *B. 5.*

XXIX. Sporendonema. *Desm.*
Sporae intra floccum (ascum primarium) primitus concatenatae; reliqua prioris. H. l. *Haplotrichum.* Eschweil.

1. S. Muscae. *Fr.* 1—4. *B. 2.*
2.? Achlya prolifera. *Nees.* 1, 2.

** *Sporis coacervatis.*

---

modo conspersa sunt (et ex his praecipue Pyrenomycetum erecto-fasciculata fallacissima! Medusulae *Cord. I. f. 240, 241* saltim simillima; Amphitrichum *Nees*, ad spec. authentica, certe primordia Sphaeriae setigerae!), sed etiam sporophoris suffulta, solitaria l. conglomerata, proferunt. — Ubicumque Cephalocladia inserantur, seriem naturalem abrumpunt, quare hoc loco, inter Mucedines et Sepedoniaceos intermedio, citavi.

*) Nullum dubium est hoc genus multas praebere species autonomas, licet ex iconibus saltim discerni nequeant a formis spuriis et secundariis; genuinis flocci semper biformes. Probe quoque distingendi *Byssi* (forma simillimae, sed colore siccitate semper canescente), quorum intimus nexus cum Lichenibus (Wallroth pro gonidiis germinantibus habet) neminem Lichenologum fugit.

XXX. Lanosa. *Fr. — Ung. Bot. Zeit. 1844. p. 569. c. ic.*
Flocci tenerrimi, arachnoidei, septati, ramosi, intricati, fugaces; sporae ad latera e verrucis enatae, fasciculatae, difformes, 1—4-septatae. *)

1. *L. nivalis.* Fr. 1—4. *Ung. l. c. t. 4. f. 9—13.*
2. L. brumalis. *Fr.* 4. Muscos necat.

XXXI. Physospora. *Fr. Fl. Scan.* **)
Flocci caespitosi, septati, persistentes, demum laxi, sporis vesiculosis simplicibus, e floccorum verrucis enatis, adspersi.

1. P. rubiginosa. *Fr.* 4. Sporotrich. *S. M.*
2. P. ferruginea. *Fr.* 4. Spor. *l. c.*

XXXIII. Psilonia. *Fr.* non *Corda.* ***)
Flocci caespitosi, subcontigui, persistentes, intorti, primo convergentes et obtegentes sporas simplices, floccis adspersas.

1. P. nivea. *Fr.* 2. Insignis Mucedo.
2. P. glauca. (P.) 3, 4. Menispora. *P.*
3. P. aurea. 1. ? Chrysosporium. *Cord. Sturm. t. 43.*
4. *P. gilva.* (P.) 1—4. Conoplea. *P. Sommerf. exs. 179. B. 1.*
5. P. Arundinis. *Desm.* 1, 2. *B. S. 35.*
6. P. maculaeformis. *(Nees)* 2, 3. Circinotrich. *Nees.*

[XXXIII. Leptotrichum. *Cord.*
Flocci stricti contigui, sporae ad basin cumulatae, uniseptatae.]

XXXIV. Sporotrichum. *Link. Fr.*
Flocci tenelli, septati, primo erecto-convergentes obtegentes sporas simplices coacervatas, dein relaxati, sporis conspersi.

1. S. virescens. *Lk.* 4. Abunde, insignis.
2. S. chlorinum. *Lk.* 2—4. *B. 4.*

---

*) Genus, olim imperfecte cognitum, eximie illustravit egregius *Unger* l. c. Jam pridem quoque sporas legeram in altera specie, vegetatione centrifuga, floccis decumbentibus subpersistentibus, sporis rotundatis diversam. Maxime recedentis hujus Fungi locum systematicum esse inter Sepedoniaceos nullus dubito; eximie respondet Sepedonio; floccis evanidis restant acervuli rufescentes sporarum, ut in Sepedonio. *Lanosa nivalis* est forsan omnium maxime memorabilis Mucedo, et certe *inter indigenas stirpes maxime perniciosa*, quibusdam annis segetes hiemales per latos campos necans.

**) Habitus Trichospori, sed sporae haud acrogenae, sed e verrucis floccorum sursum coacervatae. His notis, floccis speciosis firmioribus nec convergenti-intricatis a Sporotricho differunt.

***) A *Sporotricho* hoc genus differt floccis firmioribus, persistentibus et quantum equidem observavi subcontiguis. Sporarum forma pro diversa evolutione mire variat; adulta elongata, vulgo curvata l. fusiformia. Memnonium *Cord.* Melanotrichum *Cord.* Plecotrichum *Cord.* etc. mihi ignota. *Berkeley* haec inter genera dubia citat.

3. S. griseum. *Lk.* 1.
4. S. salicinum. *Fr.* 4.
5. S.? fuscoalbum. Ehrenb. 1—4.
6. S. ruberrimum. Fr. 4.
7. S. roseum. *Link.* 1, 2.
8. S. aurantiacum. *(Bull.)* 2, 4. *B.* 5.
9. S. merdarium. *Lk.* 1, 2.
10. S. vitellinum. *Lk.* 3, 4.
11. S. sulphureum. *Grev.* 1—4. B. 6.
12. S. caesiellum. *Fr.* 1. Lund.
13. S. polysporum. *Lk.* 1, 2.
14. *S. laxum.* Lk. 1—4. *B.* 7. *)

XXXV. Collarium. *Lk.* — *S. M.*

Flocci erecti, sublanati; sporae simplices in globulos conglutinatae.

1. C. lyococcum. 1. Lund. Sporotr. *Ehrenb.!*
2. C. melanospermum. *Lk.* 1.

b. *Leptiola,* sporarum acervo floccis tenerrimis fugacibus cincto.

3. C. flavum. *Fr.* 1.

Fusisporium, floccis sporisque *primo conglutinatis,* inter Gymnomycetes ob sporophora et affinitatem receptum est. Cavendum ne cum his heterogenea commisceantur.

XXXVI. Epochnium. *Lk.* **) *B. S. 131. t. 8. f. 14.*

Flocci tenerrimi, effusi, intricati; sporae? coacervatae stipitatae, septatae, matrici innatae.

1. E. Monilioides. *Lk.* 1.
2. E. Fungorum. *Fr.* 4. *B.* 1.

---

*) Nullibi species cautius determinandae quam inter Sporotricha, ne *diversissima mycelia immisceantur.* Flocci in genuinis neutiquam decumbentes l. myceliorum instar radiantes, sed convergentes, caespites erectos formantes. Paucas claras et perspicuas species, iteratis vicibus lectas, afferre cautius duxi, quam dubiarum farraginem.

**) Sporis e matrice enatis ad Sepedonicos transit hoc genus, at forsan a Sporidesmio haud satis diversum, nam vix nisi mycelio mucedineo differt. Ceterum certus sum supra allatas species autonomas sistere plantas. Summa enim adhibenda cautela, ne his immisceantur omnis generis mycelia. *Speciminibus authenticis nixus omnibus, qui non pro libitu aliorum studia cavillantur, probavi* Atheliam *P.*, Acrothamnium *Nees*, Alytosporium *Lk*, Capillariam *P.*, Fibrillariam *P.*, Himantiam *P.* et sexaginta mera sistere, ex maxima parte Hymenomycetum, mycelia. Ejusdem indolis videntur *Myxonema* Cord. (Mycomater *Fr.*, at neutiquam pro genere, sed statu elementari declaravi) *Nematogonium Desm.*, *Corda*, Chromelosporium *Corda*, Miainomyces *Cord.* etc.

c. *Sepedoniei*, innati!, sporis laxis l. solitariis. *)

XXXVII. Sepedonium. *Link.* Puccinia. *Cord.*

Flocci lanati, septati, evanescentes. Sporidia globosa, (fungis) innata, scabra, stipitata, solitaria, dein coacervata.

1. *S. chrysospermum.* Fr. 1—4. *B. 1.*
2. S. roseum. 3, 4. Mycogone. *Lk. B. 2.*
3. S. cervinum. *(Dittm.)* 2. Rariss.

XXXVIII. Artotrogus. *Mont. Gard. Chron. 1845. p. 690.*

Flocci entophyti, repentes, persistentes. Sporidia e floccis (vulgo mesogena) enata, simplicia, demum libera echinata, farcta. **)

1. *A. Asterophorus.* Fr. 1—4. Asteroph. *Dittm. p. p. Cord. IV. f. 24.*
2. A. Hydnosporus. *Mont.* 1. *Berk. Pot. Murr. f. 27—29.*

XXXIX. Tuburcinia. *Fr.*

Flocci entophyti, repentes (albi), evanescentes, plus minus evoluti. Sporidia opaca, acrogena, solitaria, globosa, dein libera, intus farcta. *In radicibus plantarum.*

1. T. Monotropae. *Fr.* 4. Affinis *Cord. I. f. 169.*
2. T. Orobanches. *Fr.* 1. Scan. Ustilago. *Leveill.*
3. T. punctiformis. *Fr.* 1. Aegerita. *Dec.?* Schinzia lividis *Naeg.!*
4. *T. scabies.* B. Pot. Mur. f. 30. 1—4.

Plures exstant species. ***)

---

*) Infima haec Hyphomycetum genera mire repetunt infima Coniomycetum, ut Sepedonia cum Pucciniis junxerit Corda, Tuburcinias cum Ustilagine Leveille etc.; sed illo ad Puccinias simul ducente *Trichothecium roseum* et ad hoc valde diversum *T. domesticum* hujus rationes perspicere non valeo.

**) Opinionem, in S. M. prolatam, *Asterophoram Agaricoidem* Dittm. sistere Mucedinem in Nyctali parasitantem a plerisque probatam videns, hanc speciem a genuinis Asterophoris exclusi et, quantum video, Artotrogo *Mont.* adeo affinis, ut cum hoc genere facile conjungatur. Unicam differentiam praebent flocci in prima specie septati, in altera contigui, at primo haec nota ad genera distinguenda haud sufficit; porro in Artotrogo genuino melius evoluto videre licet floccos septatos (Cfr. *B. f.* 28) et in genere in formis pumilis (Cfr. Mucores! Perenosporas! etc.) desunt septa. Asterophorae nomen quoad sporarum formam longe melius quadrat in typum Michelianum (supra p. 446) et utpote non sporas, sed *receptaculum respiciens*, Asterophorae *Mich.* tribuendum censeo, praesente jam huic generi nomine apto.

***) Genus habitu et vegetationis rationibus eximie naturale, sed e characteribus e *mycelio* sumtis facile lacerandum. Sed melius censeo in praesente sub nomine collectivo jungere *Monotosporam* Cord., Schinziam *Naeg. in Linn. 1842. t. XI. f. 2—10* (haec quasi duo extrema, multis formis mediis juncta, sistunt) *Rhizosporium* Rabenh., quae *Tuburc. scabies* Berk., episporio verrucoso insignem. Equidem capere non possum, omnem salutem scientiae positam esse in

XL. Aleurisma. *Link* pr. p.

Flocci tenelli, septati, primo *(caulibus herbar.)* innati compacti, convergentes, dein erumpentes laxi evanescentes. Sporae simplices, pellucidae, immixtae. *)

1. A. erubescens. *Lk.* 1, 2.
2. A. ochraceum. *Fr.* 1—4.

[XLI. Miainomyces. *Cord. ap. Strum. t. 42.* **)

Flocci continui, simplices, intertexto-radiantes, sporis oblongis simplicibus adglutinatis. *In fungis.*]

XLII. Dendrina. *Fr.* ***)

Flocci effusi, tenuissimi, in maculam matrici arcte adglutinatam contexti. Sporae matrici innatae *(infra floccos in cellulosa caulium)* simplices, globosae, pellucidae.

1. D. pulla. *Fr.* 1—4. *Rabenh. p. 69.*
2. D. flava. *Fr.* 1.

Series altera.

D. Dematiacei. †)

* Sporidiis primitus concatenatis.

---

novis generibus! At aliis in natura quaerentibus subtilissimas differentias, equidem magis studeo, ut identitatem percipiam et biologicas rationes — et exinde facile explicantur opposita principia.

*) Chromelosporium *Cord.* differt floccis repentibus; ceterum ad *A. ochraceum* admodum accedit.

**) Hoc et sequens genus floccis radiantibus a genuino typo admodum ad Mycelia recedunt, sed statione saltim insignia. Praesens mihi ignotum est, quare dubium an justo loco inseruerim. Cel. Berkley in genera dubia collocavit.

***) Genus prorsus singulare, sporis (fere Protomycet. *Ung.*) a floccis discretis, superficiei quasi adglutinatis.

†) Ordo fibris rigidis erectis solidis continuis l. obscure septatis atris, sporidiis inter fibras l. ad earum latera nec ex apice enatis, mycelio nullo l. celluloso modo etc. hic ordo inter proximos facillime distinguitur. At adhuc magis differt duratione persistenti aliisque biologicis rationibus a priori s. *Mucedinea* serie, quibus ad sequentes accedit. In Sporidesmicos enim absque limite transeunt etiam insigniora genera v. c. Helminthosp. atrichum Cord., Macrosporium in Stemphylium etc., ut in natura tute haud distinguas genera, quorum characteres in charta et iconibus eximii. Subtilissimus quoque horum observator monet omnia Helmithosporiaceorum genera esse artificialia — et quo plura observaverim, eo obscuriora mihi evaserunt. Cel. *Wallroth* ad vegetabilia aspora et ambigua plurima forsan haud immerito retulit genera. Jam Ill. *Link* Helminthosporium ad Coniomycetes primitus duxit et ut priores facillime commiscentur cum Hymenomycetum myceliis, sic Dematiacei a Pyrenomycetum initiis aegre acute limitantur. Multi Pyrenomycetes in Myxothecia abire videntur (mediam rationem sistit *Ascotrichia* Berk.); Chaetomium et Myxotrichum

XLIII. Dematium. *Pers. Myc. Eur. S. M.* *)

Fibrae rigidae, strictae, subsimplices. Sporae simplices, continuae, primitus moniliformi-concatenatae.

1. *D. virescens.* P. 1—4. Chloridium. *Lk.*
2. D. griseum. *P.* 4. Chaetopsis. *Grev. B. 1.*
3. D. atrum. (Cord. sub Chlorid.) 4. *Cord. I. f. 74.*
4. D. trichostylum. (Cord. sub Menisp.) 1. *Cord. II. f. 57?*
5. D. decorticans. *Fr.* 1. Lund.
6. *D. hispidulum.* Fr. 1—4. Conoplea. *P.* nec *Cord. B. 2. S. S. 380.* Sporodum. *Cord. I. f. 247.*
7. D. gramineum. *P.* 2—4. *Cord. III. f. 22.*
8. D. lineatum. *Fr.* 1.
9. D. sparsum. *Fr.* 1.

XLIV. Cladosporium. *Lk.* **)

Fibrae erectae, solidae, subsimplices. Sporidia subseptata, primitus in ramulos concatenata, dein irregulariter inspersa.

1. C. tortuosum. *Fr.* 4. Lign. Querc.
2. *C. fasciculare.* Fr. 1—4. Spec. distinctissima!
3. C. epiphyllum. *Fr.* 3, 4. *S. S.* non Cordae!
4. *C. herbarum.* Link. 1—4.
   — nigricans. *Fr.*
5. C. secedens. *Fr.* 4. Insignis. Ad Sterea putrida.
6. C. atrum. *Link.* 1—4.
7. C. Helminthosporioides. 4! Azosma. *Cord.*

---

chartarum, murorum etc. ejusdem stirpis facile fingam diversos status. At ejusmodi observationes nostri aevi Mycologos non sapiunt; ob has vero similesve rationes prorsus omisi *Amphitrichum* Nees, *Medusulam* Cord., Colletotrichum *Cord. Sturm et Ic. I. f. 231.* (sed *Ic. IV. f. 85* insigne!) Forsan *Trichostroma* Cord., supra jam allatum, ejusdem indolis etc. Praecipue genera sporidiis muco immersis dubia.

*) Cur genus, a Persoonio bene limitatum, nomen mutet non video; *Chloridii* saltim non aptum est. In omnibus facile vidi sporas primitus moniliformi-concatenatas, ut jam Ill. Ehrenberg in *D. griseo!* Harum indole (sporae nec sporidia) a sequentibus recedunt ad Mucedines, sed fibris erectis, absque mycelio floccoso, sporarum catenis lateralibus l. ad basin natis manifeste hujus ordinis.

**) Mira sporidiorum varietas in hoc genere: in eadem specie videre licet simplicia, 1—3 septata, cellulosa. *Azosma Helminthosporioides* Cord., apud nos vulgatum, a Cladosporio tute discernere non valeo. *Clad. tortuosum* dignoscitur fibris elongatis tenellis, intricatis, flexuosis, opacis, remote septatis, sporidiis globosis, *raro septatis*, sed in ramulos concatenatis, dein liberis fibris inspersis et sic Dematio affine. *Clad. secedens* caespites format irregulares, effusos densos, fuscoolivaceos, fibris erectis simplicibus, aequalibus, undique septatis pellucidis, sporidiis 2, 3-septatis, septis dein secedentibus. *Cl. tuberculatum* sistit minuta, hemisphaerica tubercula, colore griseofusco, fibris tenellis curtis pellucidis sursum septatis, sporidiis simplicibus l. uniseptatis.

8. C. graminum. *Link.* 3. *Cord. I. f. 207.*
9. C. caricicola. *Cord. Ic. I. f. 210.* 3. 4.
10. C. Fumago. *Link.* 1—4.
11. C. tuberculatum. *Fr.* 4. In ostiolo Cytisp. leucosp.
Speciebus subtilius distinctis facile addenda legio.

[XLV. Passalora. *Fr.*

Fibrae tenellae, flexuosae, subramosae. Sporidia longe stipitata, stipite articulo discreto, ceterum simplicia et primitus concatenata. *Mont.! Ann. Sc. Nat. II. V. t. 12. f. 5.*]

** *Sporidiis sublateralibus, e fibris enatis, nec concatenatis.*

XLVI. Helicosporium. *Nees.*

Fibrae strictae, simplices. Sporidia e fibris enata, septata, spiraliter involuta, mox libera.

1. H. vegetum. *Nees.* 3. *B. S. 229.*
2. H.? obscurum. *Cord.* 1. Nunc mihi dub.
3. H. Muelleri. (*Cord. Ic. IV. f. 219.*) 1. *)

XLVII. Helminthosporium. *Lk.*

Fibrae erectae, rigidae. Sporidia e fibris enata, septata, secedentia. *Macroon* Cord., ex ipso, "est Helminthosporium fibris dein declinatis."

* *fibris subulatis.*

1. *H. macrocarpon.* Grev. 1—4. *S. S. 438. B. 1.*
2. H. subulatum. *Nees.* 1, 2. *B. 2.*
3. H. fasciculare. *Cord. Ic.* I. f. 198. Upsal.
4. H. delicatum. *Berk. S. 233.* 1, 4.
5. H. obovatum. *Cord. B. S. 232.* 2.

** *fibris obtusis.*

6. *H. velutinum.* Lk. 1—4. *B. 3.*
7. H. fusisporium. *Berk. n. 4.* 1.
8. H. curvatum. *Cord.* I. f. 185. 4.
9. H. betulinum. *Cord. I. f. 184.* 3, 4.
10. H. nanum. Nees. 1. *B. 5.*
11. H. simplex. *Kunz.* 1. *B. 6.*

*** ? *fibris apice monosporis.*

12. H. arundinaceum. *Cord. III. f. 29.*

---

*) Haec species, quae Helicoma *Cord.*, meo sensu generis typum exhibet; apices illos cirrhosos deciduos, illis *Gyrotrichis* et *Ceratocladii* facile analogos, aegre sporidia vera censeam. Dubia de vera indole sporidiorum in multis hujus et sequentis ordinis jure movet Wallroth. — Sporidia *Helicotrichi* sistunt pariter apices circinatos fibrarum, sed hac adeo tenues, ut facile ad Sepedoniaceos ducas.

XLVIII. Macrosporium. *Fr.* (1821) *B. S. 125. t. 8. f. 10.* Septosporium. *Cord.* *)

Fibrae suberectae, flaccidae, septatae. Sporidia stipitata, cellulosa, transverse et vulgo longitudinaliter septata, pellucida.

(M. Cheiranthi. *Fr.* in Cheiranth. apud nos pass.) B. 1.
2. M. tenuissimum. *Fr.* 1, 2. *Cord. I. f. 175.* affin.
3. M. bulbotrichum. 1. Septosp. *Cord. I. f. 176.*
4. M. concinnum. *Berk. S. 235. c. ic.* Helminthosp. *Cord. I. f. 188.*
5. M. Convallariae. *Fr.* 1, 2. Affine *B. 2.*

[IL. Oedemium. *Link.* **)

Fibrae erectae, subcontinuae s. annulatae, ad latera protrudentes sporidia globularia, sporis globosis farcta.]

L. Coelosporium. *Lk.* ***)

Fibrae strictae, subcontinuae. Sporidia globosa, adspersa, eseptata, poro rotundo dehiscentia, sporulis farcta.

1. C. ramosum. *Fr.* 1—2. Demat. coelosp. *S. M.*
2. C. simplex. *Fr.* 4. hieme ad gramina.

LI. Rhinotrichum. *Cord. Ic. I. f. 232.*

Fibrae strictae simplices septatae, superne verrucosae. Sporidia simplicia, eseptata, verrucis innata, demum libera.

1. R. simplex. *Cord.* 4. Genus bene distinct.

[LII. Zygosporium. *Mont.*

Fibrae 1-2-septatae, basi exserentes ramulum clavatum incurvatum, basi articulatum, in cujus apice emarginato bina sporidia ovalia contigua pellucida. *Nobilissimum genus!* †)]

[LIII. Sphinctrosporium. *Kunz. Herb.* ††)

"Fibrae rarae breves, simplices, superne incrassatae, septa-

---

*) Genus nostrum ab omnibus facile Mycologis rite determinatum; solus Cel. Corda de eodem mire fallitur; qua ratione ad *Alternariam* (hanc genuinam ad specimina Ill. Neesii descripsi) nemo sane capiat, nisi ut meum genus confusum appareat. Nostrum genus omnino purum est (ultima vero species inter hoc et *Stemphylium* ambigit.) *M. caricinum* l. c. est Cometella *Fl. Scan.* s. Soredospora *Cord.*

**) In *Cord. Anleitung* dicuntur "sporae primum globulo communi libero superficialiter adnatae"; quod non quadrat in iconem apud Sturm et exoticas species a me examinatas — videtur duplex latere status.

***) Cystophora *Rab. p. 75* ab hoc omnino diversum genus, at locus mihi incertus.

†) Genera hujus eminentiae insigne scientiae augmentum sistunt. Alii vix affine, sed locum in hoc ordine eximium sibi vindicat.

††) Typus hujus generis est *Sph. Pulvinulus* Kunz., caespitulis minimis (vix ½ lin. diametro) aggregatis, pulvinatis, nigris, sporidiis copiosis. Ad folia semiputrida Monocotyl. Surinamo.

tae, basi caespitoso-connatae. Sporidia inspersa, didyma, medio constricta."]

LIV. Arthrinium. *Kunz.* *)

Fibrae erectae, caespitoso-stipatae, latentes, annulati, nodis incrassatis opacis. Sporidia difformia, obscura, farcta, acro- l. pleurogena, dein inspersa.

1. *A. caricicola.* Kunz. 1—4. *S. S. 297.*
1. A. Puccinioides. *K.* 2—4. Goniosporum. *Lk. B. S. 236.*
3. A. curvatum. *K.* 2. Camptoum. Lk.
4. A. Sporophleum. *K.* 1, 2. Sporophleum. *Nees.*

Ad praecedentium gregem insuper pertineant *Halysium* Cord. Ic. I. f. 234 et *Coccosporium* Cord. Fibrae utriusque simillimae, abbreviatae Torulae; sporae magna lateralia, illius vero simplicia, hujus cellulosa ex descr. (materia gelatinosa farctae ex ic.). Cfr. *Torulas.* Camptosporium bicolor *Ehrenb.* diversa est stirps.

*** *Myxothricei*, sporidiis conglutinatis l. ad fibrarum basin congestis. *Genera ambigua,* Pyrenomycet. *affinia.*

LV. Myxotrichum. *Kunz.* 1. *S. M.* **)

Fibrae erectae, solidae, subcontinuae. Sporidia simplicia (s. sporae), eseptata, conglomerata et gelatina primitus immersa. Colletotrichum. *Cord. Ic. IV. f. 85* aff. n. 5.

1. M. Resinae. *Fr.* 3.
2. M. murinum. *Fr.* 2.
3. M. patulum. *Fr.* 4. (N. sp. *B. S. 122. t. 8. f. 9.)*

---

*) Gratum tandem est obviam venire generi ad canones Linnaeanos: *genus dabit characteres, nec character genus*, formatum. Quamvis sporidia multum forma ludant, semper inaequalia, angulosa et tam multa communia et priva offerunt, ut a quovis genere facile dignoscantur, eximie confirmante totius evolutionis historia. Nos erronea via vulgo progredi genera lacerando patet, quando nullas insignes species, modo nova genera invenire licet.

**) Specierum facies adeo diversa in varia aetate, ut aegre agnoscas; inquiratur an *M. chartarum* sit alius Chaetomii chart., *M. murorum* Chaetomii murorum, *M. fuscum* Ch. elati status, perithecia in his enim fugacia sunt; fibrarum ramificatio utriusque generis eundem sequitur typum. Juniora Myxotricha in globulum gelatinosum immixtis fibris contracta sunt; fibrae vero dein elongatae hinc inde glomerulis sporarum in gelatina immersarum adspersae sunt. Haec est ratio, cur Colletotrichum *Cord.* in indice Syst. Myc. "Vermiculariis affine" dixerim, quod licet Auctor aegre tulerit, nova vero ipsius icon confirmat. (Ex hac insuper aliorumque generum cum priscis diversissimis Auctoris apud *Sturm* collatis facile discere licet, quam fallaces sint icones ad genera dijudicanda!) Species a nobis additae pernobiles sunt, certe autonomae; nec distinguere ausus sum *Campsotrichum bicolor* Ehrenb.! licet sporidia non conglutinata, cum in raro et specioso *M. Resinae* gelatina disparente etiam tantum conglomerata viderim! *Melius procul dubio est, genera dubia proximis subjungere, quam scorsim proponere cumulata.*

4. M.? chartarum. *Kunz.* 1, 2. B. S. 116? 121.
5. M. rarum. *Fr.* 3, 4.
6. M.? fuscum. *(Schum.)* 1, 2.
7. M. molle. *Fr.* 1, 2.

[LVI. Ophiotrichum. *Kunze!* c. ic. *)

Fibrae erectae, flexuosae, ramulis brevibus geminatis; e tubulo duplici factae, externo colorato, interno libero hyalino septato, illo disrupto egrediente; basi materia grumosa nucleos, immixtis sporis, gelatinosos fovente junctae. *In foliis tropicis.*]

LVII. Ospriosporium. *Cord. apud Sturm. t. 24.*

Fibrae erectae, opacae, continuae, annulatae. Sporidia membranacea, diaphana, eseptata, gelatinae immersa, sporis farcta. *Genus dubium.* **)

1. O. atrum. *Cord.* 4. Fems. ad asseres Pini cop.

[LVIII. Mydonotrichum. *Cord. apud Sturm t. 19.* ***)

Fibrae rigidae, subulatae, opacae. Sporae heterogeneae, fusiformes, septatae, muco colorato immersae. *Dubium genus; Mydonosporium* differt sporis didymis.]

[LIX. Scolicotrichum. *Kunz. II. f. 16.* †)

Fibrae vermiformes, diaphanae, continuae, subsimplices; sporidiis copiosis, heterogeneis, ad basin coacervatis didymisque.]

[LX. Trichaegum. *Cord. Ic. I. f. 217.*

Fibrae tenues, septatae, stromate (spurio?) effuso vesiculoso innatae; sporidiis heterogeneis magnis, cellulosis, ad basin conglobatis. T. Cladosporioid. *Fig. 218* l. c. distinguere nequeo a Coccosporio. *Cord.!*]

---

*) Etiam hoc genus Pyrenomycetibus affine, sporis primitus in nucleolis collectis. (Forsan sistat statum typicum *Campsotrichi* Cord. Ic. IV. f. 86—88, cujus locus systematicus, ignota sporarum genesi, dubius est. Ceterum mycelio *Meliolae*, *Bryocladii* etc. ita similes sunt species pictae, ut discerni vix queant. Charactere ab his vix differt *Melanotrichum*. Cord.) Typus Ophiotrichi est *O. Phlomidis*, amphigenum in foliis Phlomidis Nepetaefoliae Surinami.

**) Nudo oculo refert sordem amorpham nigram (*Byssum antiquitatis* L.), quasi aliorum rudera. Simillimum et magis compositum *Ascimotrichum* Cord. l. c. t. 22 etiam suo loco vidi, at dubium manet. Charactere palpabili a Gliotricho discerni nequit.

***) Haec genera aliorum primordia potius referunt; nec adhuc satis clara. Tertium in foedere *Myxocladium*, si fibrae in statu typo repentes sint, alienum est.

†) Hoc et adhuc evidentius sequ. ad Sepedoniaceos abeunt, sed cum mihi ignota sint hoc loco ex Auctore citavi.

E. Sporidesmiacei.

Habitu et vegetatione Dematiaceis simillimae; sed in *charta* facile dignoscuntur *) systemate vegetativo et fructificativo haud discretis; floccis hujus nempe in sporidia tumentibus. Hinc hujus sporidia acrogena et homogenea; prioris lateralia et heterogenea. Ab analogis *Mucedineis* dignoscuntur sporidiis cum floccis contiguis, Dematiei vero spor. pleurogenis; uterque ordo fibrarum uniformium indole.

* *Torulei,* fibrarum articulis ultimis l. omnibus (hinc vulgo moniliformi-concatenatis) in sporidia secedent.

LXI. Dendryphium *Wallr.*

Sporidia septata, saepe moniliformi-concatenata, in apice ramoso stipitis septati subcapitata.

a. Dactylium. *Cord.* nec Nees.

1. D. comosum. *Wallr.* 1, 2. *Cord. Ic. I. f. 279.*
2. D. fumosum. (Cord.) 3. Dactyl. *Cord. Prachtf. t. 22.*

b. Brachycladium. *Cord.* characteres acuti desunt.

3. D. penicellatum. 1. *Cord. Ic. I. f. 257.* Nostri habitus Cladisp.

LXII. Polytrinchium. *Kunz.*

Sporidia didyma, constricta, subconcatenata, (etiam in *P. Trifolii!*) dein inspersa stipiti septato l. moniliformi.

1. P. polysporum. 1. Cladotrich. *Cord. IV. f. 83.* **)
2. *P. Trifolii.* Kunz. 1—4. *Cord. III. f. 2. B. 1.*

LXIII. Septonema. *Cord. Ic. I. f. 147.* ***)

Sporidia inter se contigua, transverse septata, concatenata, dein dilabentia, stipite flocciformi septato oblitteratove. *Medium inter Dendryphium et Torulam.*

1. S. secedens. *Cord.* 4. *Cord. l. c.* 1.
2. S. virescens. *Cord.* Ic. II. f. 44.

---

*) Genus Cladosporium est proteus hujus gregis, radiis ad singula vicina utriusque ordinis transiens. Equidem in hoc sporas normaliter laterales vidi, at singula species ad diversa genera facile referatur; in Macrosporium, et hoc in Stemphylium una cum Helminthosporo fibris disparentibus, facile abit. Quid *Balanium* Wallr.?

**) Figurae Cladotrichi apud *Sturm. t. 20* et in *Cord.* Ic. I. f. 171 longe recedunt et Cladosporium potius referunt. Si *Cladotrichum atrum* l. c. f. 171 idem ac Ic. IV. f. 83, facile etiam *Myxocladii* typicus status erectus, et Mydonotrichum. In Syst. Myc. indicavi, cur nullos floccos sporiferos centrifugo-repentes agnoscam. In Cometella, Torula etc. etiam primitus erecti, dein sporidiorum mole declinant. Nec in Trichothecio, Sporotrichis *genuinis!* etc. primitus decumbentes.

***) Hoc genus Dendryphia cum Torulis in unam seriem cogit. *Septonema secedens* ad reliquas accedit ut *Cladotrichum polysporum* ad Polytrinchia.

LXIV. Alternaria. *Nees!* — *Fl. Scan.*

Sporidia septata (l. cellulosa) isthmo filiformi concatenata; reliqua prioris. *)

1. A. tenuis. *Nees!* Incerta civis. Vix *Cord. III. f. 16?*
(A. lignicola. (Cord. II. f. 46) 3. Sporid. 3-septata.)
2. A. bullata. *Fr.* 3, 4. *Cord. I. f. 149.* Bullar. *Dec.* — Phragmotrichii spec. *Corda.*

LXV. Torula. *P.* **)

Sporidia moniliformi-concatenata, simplicia l. fasciata (Bispora. *Cord.*, B. 7) facile dilabentia, stipite brevi continuo l. septato. Gongylocladium *Wallr.!* = Bispora. *Cord.*

1. T. Menzelii. (Bispora Cord.) 4. *Cord. Ic. I. f. 144.*
2. *T. antennata.* Pers. 1—4. *B. 1.*
3. T. alta. (Ehrenb.) 3.
4. T. Monilioides. *Cord.* ap. Sturm. t. 38. 4. *B. 2.*
5. T. ellipsospora. *Cord.* 3, 4. (Cfr. *B. 3.)*
6. *T. herbarum.* P. 1—4. *B. 5.*
7. T. graminis. Desm. 1—4. *B. S. 134.*
8. T. Plantaginis. *Cord.* 1. *B. S. 252.* (Sporidesmiea.)
9. *F. Fumago.* Chev. 1—4.
10. T. Uredinis (*Link* sub Oidio) 1.

[LXVI. Xenodochus. *Schlecht.* — *B. S. 133.*

Sporidia compressa, altero fine obtuso altero attenuato, simplicia, in catenam simplicem incurvam juncta.]

b. *Sporidesmici*, liberi, sporidiis contiguis, articulis haud dilabentibus.

LXVII. Cometella. *Schw.* — *Fl. Sc. p. 362.* Soredospora. *Cord.*

Sporidia septata, dein cellulosa, conglobata, floccis decum-

---

*) Quo modo *Macrosporium* nostrum huc citari potuit, nemo facile capiat. — *Polydesmus* Mont. in Dur. Fl. Alg. et Cent. V. n. 97 charactere evidente non differt, nisi analogum sit genus Oidio proximum.

**) Genus e metamorphosi tam a *Byssis!* quam ab *Oidio* probe distinguendum. Cfr. S. M., confirmantibus *Berkeley*, *Fresenio* in Fl. etc. Ceterum species infinitae, vagae, a myceliis *stipite* difficilius distinctae. Sufficit notare typos quosdam evidentiores. Nobis peregina *Antennaria pinophila* (*Antennataria* Reichenb.) admodum recedere videtur. *Cylindrisporium* Grev., huc quoque a Cel. Corda ductum, ex hac grege prorsus excludendum et *Chalara* Cord., ab ipso ad Torulas reductum, mihi dubium est. (*Cord. Ic. II. f. 43* ideam praebet sporidiorum Blennoriae, licet ceterum nulla affinitas.) In *Torula arbuscula* Cord. II. f. 41 articuli hinc inde celluloso-compositi ut in Cometella, Stemphylio. Probe tenendum inter has plantas elementares omnia esse vaga, in evolutione occupata — et characteres modo in charta et iconibus persistere!

bentibus subramosis articulatis stipitata. Cfr. Sporidesm. paradoxum. *Cord.*

1. C. caricina. 3. Macrosporium. *S. M. p. 375.*

LXVIII. Stemphylium. *Wallr.*

Mystrosporii et Helminthosp. spec. *Corda.* Sporidia cellulosa, maxima, solitaria, cum stipite simplici erecto septato contigua.

1. S. botryosum. *Wallr.* 1—3.
2. S. Cordae. Fr. 1. Mystrosp. *Cord. I. f. 61.*
3. S. dubium. (Cord.) 4. Mystrospor. *Cord. I. f. 174.*

(S. subtile. *Fr.* 4. Helminthosp. *Cord. I. f. 189.)*

LXIX. Sporidesmium. *Lk.* *)

Sporidia fasciculata, stricta, subclavata, transversim septata, stipite brevi aut nullo.

1. S. Eremita. *Cord. I. f. 113. V. f. 73?* Hymenopod. *l. c. I. f. 12.* junius?
2. *S. atrum.* Lk. 1—4. et pl. affin.
3. S. vagum. *Nees.* 4.
4. S. Toruloides. Fr. Simillimum *Cord. IV. f. 80.*

b. *Bryomyces*, sporid. fusiformibus, sessilib. *Fl. Bat. t. 619.*

5. S. Bryomyces. 2.

[c. Entomyclium. *Wallr.* septis nullis, sed sporidiis stria longitudinali percursis- ex plur. sententia status junior.]

[LXX. Ceratosporium. *Schwein! Am. t. 19. f. 3.*

Sporidia fasciculata, sessilia, basi coalita, adscendentia, rigida, multiseptata, nucleis ceraceis in singulo loco solitariis, ut in Phragmid.]

[LXXI. Clasterosporium. *Schw.! Am. t. 19. f. 4.*

Sporidia fasciculata, cylindrica, arcuata, multiseptata, primo opaca, dein pellucida, nucleis uniserialibus, stipite brevi contiguo.]

---

*) Quam vaga sit natura in his ambiguis formis Sporidesmium eximie demonstrat. Ubique tangit *Helminthosporia* (*Helm. atrichum*, *leucosporum* Cord. hujus loci videntur), Macrosporia (Helminth. striaeforme *Cord.* est Macrosporium Berk. — Differentia genuina inter Helminthosporia magis posita est in fibrarum et sporidiorum indole, quam his cellulosis, quod ubique varium est.) *Helicosporium Mulleri* et *Helminthosp. oligocarpum* sterilia et multa similia Sporidesmia facile dicas, et *Torulas* v. c. Plantaginis ubique tangunt. *Sporidesmia* cellulosa ad priora transeunt; *Sp. asperum* Cord. II. f. 27 transit ad Dicocca; Sporidesmium paradoxum *Cord. II. f. 28* ad Cometellam. Sporidesm. *Cord. I. f. 118, 119* et Sp. antiquum *Cord. III. f. 11* ad Stemphylia; aegre tamen ab hoc genere removentur. (In specim. *Alternariae tenuis* a Neesio ipso sporidia non cellulata!) *Dictyosporium* Cord. est quasi Stemphylium sessile; nobis quoque vulgatum, sed nimis ambiguum.

LXXII. Phragmidium. *Lk.* Aregma. *Fr.*

Sporidia libera, fasciculata, cylindrica, recta, multiseptata. opaca, loculis nucleo ceraceo farctis, stipite elongato pallido eseptato.

[a. *Aregma,* majores, per epidermid. ramorum emortuorum erumpentes. *Americanae.* Seiridium. *Schwein.!*]

b. Phragmidium *Link,* epiphyllae, in foliis, saepe in Uredinibus parasitantes. *In America desunt.*

1. *P. bulbosum. (Strauss)* 1—4. *B. 1.*
2. *P. mucronatum.* (P.) 1—4. *B. 3.*
3. P. acuminatum. *Fr.* 1, 2. *B. 4.*
4. *P. obtusatum. Fr.* 1—4. *B. 5.*

Species nimis affines, formis Epiphyllorum more intermediis junctae.

c. *Stilbosporei,* sporidiis hypophloeodeis coacervatis, pedicellis in stroma spurium junctis.

LXXIII. Botryosporium. *Schwein. Am. t. 19. f. 2.*

Sporidia, stipite ramoso continuo septato, botryoso-fasciculata, nuda, obovata, pellucida, haud septata- at sporis liberis farcta. *)

LXXIV. Sporotheca. *Cord.* apud *Sturm t. 53.* **)

Sporidia (asci) pedicellata. octospora, gelatinae immersa, dein libera erumpentia, stromate spurio floccoso seqq.

1. S. Carpini. *Cord.* I. Scan. Krageholm.

[LXXV. Hyperomyxa. *Cord. Ic. III. f. 89.* ***)

Sporae simplices in capitula terminalia conglobata pedicellusque flocciformis ramosus vagina mucosa (asco) obvolu-

---

*) Genus valde insigne, habitu Phragmidii, sed sporidia non septata, quo a Sporidesmicis tantum differt, fere ut Nematelia a Gymnosporangio; ceterum erumpentia et liberata, quo a sequentibus differunt. Pedicelli in hoc, ut in Phragmidio et omnibus sequentibus, sporidiis discolores, tamen contigui; sed in *Melanconiis* ambiguis pedicelli potius in sporophora abeunt.

**) Ut inter Dematiaceos ultima sectio Myxotricheorum abit ad Pyrenomycetes, sic inter Sporodesmiaceos Stilbosporei et quidem adhuc evidentius. Ob ascos hoc genus nuperius ad Pyrenomycetes relatum; at reliqua omnia Stilbosporeorum — hoc et sequentia genera ita simillima, ut nudo oculo discerni nequeant. Cum ex mea opinione omnia sporidia sunt asci reducti et omnes sporae genuinae intra ascum vulgo vero cito resorbtum nascentur, hoc genus ex hac serie excludere nequeo. Sporidia prioris etiam manifeste sunt asci: et vagina mucosa sequentis generis sistit alia ascorum species, qualis exacte occurrit in Leveillea inter Pyrenomycetes. *Sporotheca* vero recedit a Stilbosporeis, ut *Ascotrichia* B. a Myxotricho.

***) Asci hujus generis mucosi quoddammodo redeunt in *Myxotricho* (Colletotricho), *Leveillea* etc. Hi desunt in sequente, at cete-

tae. — Forte non satis diversum a sequente; in quo vagina (l. ascus) jam primitus resorbtus, ut sporae nudae sint:

LXXV. B. Cheirospora. *Fr. S. O. V.* Stilbospora. *Mont. Ann. Sc. Nat. 1837. Dec. t. 18. f. 5.* Myriocephalum. *Not. Micr. III. t. 10?*, at non homonymon genus *Benth.*

Sporae simplices, nudae in pedicelli flocciformis simplicis apice botryoso-conglomeratae; normaliter in series moniliformes concatenatae; nulla vagina (primitus resorbta) receptae.]

LXXVI. Asterosporium. *Kunz.* Stilbosp. sp. *Pers.*

Sporidia coacervata, septata, stellatim juncta, pedicellis in stroma spurium contextis.

1. A. Hoffmanni. *Kunz.* 2. — *B. 1.*

LXXVII. Stilbospora. *Pers.*

Sporidia coacervata, septata l. cellulosa, singularia nec stellatim juncta.

1. S. macrosperma. *Pers.* 1—4.
2. S. angustata. *Pers.* 4. *B. S. 36.*
3. S. cellulosa. *Fr.* 1. Steganosp. *Cord. III. f. 62.*
4. *S. ovata.* Pers. 1—4. *B. 2.* (Septa saepe desunt.)
— pyriformis. *Hoffm. Cord. III. f. 61.*

LXXVIII. Didymosporium. *Nees.*

Sporidia didyma; reliqua prioris, vix distinctum.

1. *D. complanatum.* Nees. 2—4.
2. D. profusum. *Grev.* 1. *B. 1. Grev. t. 212. f. 1.*

LXXIX. Melanconium. *Link.* *)

Sporidia? conglutinata, minuta, simplicia, eseptata, a pedicello secedentia.

a. *Fusicoccum*, Cord. ap. Sturm. sporis fusiformibus.

1. *M. vulgare.* Fr. 1—4. Cryptosp. *Cord. Ic. II. f. 95.*
2. M. Aesculi. *Cord.* sub Cryptosp. 1.

---

rum adeo simillima sunt, ut de differentia dubitemus. Mediante Asterosporio cum veris Stilbosporis manifeste seriem contiguam sistunt; omnibus eadem genesis, vegetatio, stroma mucoso-floccosum c. s. p.

*) Genus ambiguum, jam Ill. Link dubitat, an Sphaeria corrupta et inter has occurrunt formae simillimae. *Sphaeropsidei* in altera serie analogum sistunt evolutionis gradum. — Non prorsus rejicio *nomina historica* specierum, licet inter pejora numeremus, multo minus generica meritis observatoribus dicata; at volo ut insignes sint species — nec ambiguae, facile spuriae, vel ignobiles Entophytae. Hanc meam observationem in S. M. de nomine *Cryptospori Neesii* hinc non nimis extendas.

b. *Melanconia*, sporis rotundatis minutis.

3. *M. bicolor*. Nees. 2—4. *B. S. 37. Cord. III. f. 60.*
4. M. conglomeratum. *Link.* 2, 4.
5. M. sphaeroideum. 3, 4. *B. 1.*
6. M. Juglandis. Fr. 1. *Cord. III. f. 58.*
7. M. sphaerospermum. (Pers.) 1. Getinge *Hall. B. S. 251.*

LXXX. Papularia. *Fr. S. O. V.* Melanc. sp. *S. M.*

Sporae simplicissimae, absque stromate et pedicello sub epidermide plantarum mortuarum coacervatae, eaque secedente nudae, laxae (pulveraceae.)

1. P. Arundinis. *(Cord. Ic. II. f. 2.)* 1. Gymnospor. *Cord.*
2. P. Fagi. *Fr.* 2. Pustulas cinereo-nigras, tota facie ab omnibus fungis epiphyllis recedentes, sistit.

F. Hypodermii s. Entophyta. Lk, vulgo *Uredinei*. *)

Ordo distinctissimus, ad characteres externos nec lacerandus nec heterogeneis, genesi vero diversissima, conspurcandus. Ex altera parte sunt genuinae plantae mycelio suo flocсoso, sporidiis sporisue — ex altera vero exanthemata, definitae matrici adscripta, generatione spontanea enata, quare sensu strictiori nullae genuinae species; modo formae definitae — et infinitae. Etiam simillimas in diversis plantis obvias eandem sistere speciem demonstrare non licet; singulas formas describendo scientia diffusa et molesta tantum evaderet. Maxime vero commendem horum physiologicum studium. Eximia praestitit *Unger*. — Eandem evolutionis seriem ac in prioribus ordinibus observare licet, a sporis simplicibus ad sporidia, primo continua, dein septata; et in summis moniliformi-concatenata.

---

*) Quamvis horum sporidia, *ut cellulae diversissimae indolis*, fila in aqua exserant i. e. ex Auctorum sensu germinent, nulla exstat horum propagatio per sporas, quare in hortor. plantis exoticis e seminibus educatis harum Entophyta simul gignuntur. Species vix igitur adsunt sensu genuino, modo formae definitae, certae matrici adscriptae; simillimae quidem saepe occurrunt in diversis plantis, sed identitatem probare non licet. Non singulas definitas fungorum formas seorsim describamus, ne harum numerus ad millia (natura enim et in maximis et in minimis infinita est!) tandem adscendat; sed scientia mole sua corruet. Praecipue inter fungos entophyllos, formis infimae dignitatis et infinitis, necesse est certos typos modo notare, nisi novis nominibus modo gaudeamus; equidem sub studiorum meorum initiis ingentem horum numerum collegi et descripsi, at dein consultius duxi plurima rejicere. Aecidini ad Epiteas accedunt ut Aethalini ad Physarcos.

+ *Aecidinei*, sporis sporophoris suffultis, concatenatis (cfr. Torula Uredinis!) intra pseudoperidium membranaceum. *)

LXXXI. Peridermium. *Link.* Aecidium. P.

Pseudoperidium erumpens, liberatum, lacerodehiscens. *Coniferis priva;* ob Coniferas nobis paucas, paucae species.

1. P. Pini (P.) 3, 4. copiose. *B. 31.*
2. P. Abietis s. corruscans. *Fr. Phys. Årsb. 1822.* 3.

LXXXII. Cronartium. *Fr.* — *Kunz.* M. Heft. 2. t. 2. Erinei! species *Olim.*

Pseudoperidium in tubulum cylindrico-elongatum porrectum, apice poro apertum. (Sporidiis clavatis conglutinatis ad Pyrenomycetes recedit.)

1. C. asclepiadeum. *Fr.* 3. Suec. orient. r.

LXXXIII. Roestelia. *Rebent.* — *Fr.* **)

Pseudoperidium stromate spurio semimmersum, in tubulum heterogeneum apice fibrilloso-fissum porrectum. (Sporidia ut in genuinis globosae, coacervatae, primo moniliformi-concatenatae.)

1. *R. cancellata.* (Jacq.!) 1—4. In Pyro communi. *B. 27.*
2. *R. penicillata.* (Fl. Dan.) 1—4. In Pyro Malo.
3. R. lacerata. (Sow.) 1, 2. In Crataegis. *B. 26.*
4. *R. cornuta.* (Ehrh.) 1—4. In Sorbo. *B. 25.*

LXXXIV. Aecidium. *P.* inclus. proximis. ***)

Pseudoperidium innatum (raro emergens v. c. in Aecid. Berberidis, Thalictri), ore regulari radiato-dentato dehiscens. Sporae pr. — *Species numerosae; notandae modo insigniores; multas novas de industria omitto.*

* *typo communi.*

1. *A. Compositarum* s. *Synantherarum* Schlecht. 1—4. In Chrysanth., Tussilagine, Cirsiis, Hieraciis etc.

---

*) Systema Mycologicum editurus hos cum Uredineis genere junctos inveni, quare *tum praecipuum erat genericam differentiam, in pseudoperidio positam, probare.* Hac jam ubique agnita nunc me opponem eorum transpositioni ad Gasteromycetes, a quibus tota genesi et morphosi recedunt. Loci angusties vetat plenius exponere, quare adhuc ut in *Syst. Myc.* pseudoperidium (tapetio *Todei* inter Pyrenomycetes v. c. Isotheae analogum) pro vero peridio non agnoscam.

**) Prima species ex Auctorum sensu huc tantum pertinet; reliquae Aecidia l. nova genera *Ciglidis*, *Centridium* etc. Chev.; nos huc ducimus omnia Aecidia in Pomaceis, sed vix ab Aecidiis distinguerem.

***) In familiis Phylleriaceas enitentibus numquam apud nos vidimus Aecidia, sc. in Betulineis, Cupuliferis, Salicineis, Acerineis, Tiliaceis, Drupaceis, Senticosis, Ilicineis — sed in Rhamno adesse dicitur Phyllerium.

2. A. Valerianacearum. Dec. 4. r. In Val. dioic.
3. A. Galiorum. P. 1. Ostrogoth. in G. boreali etc.
4. A. Caprifoliacearum. Dec. In Periclym. Xylost.
5. *A. Asperifoliacearum.* P. 1—4. In Lycopsi etc.
6. A. Labiatarum. Dec. 4. In Mentha arv.
7. *P. Personatarum.* Schl. 1—4. In Pediculari, Melampyro.
8. A. Primulacearum. *Dec.* 4. In Primula, Lysimach.
9. A. Frangulacearum. *Schw.* 4 in Rhamn. fr.
10. A. Umbelliferarum. Dec. in Falcaria.
11. *A. Ranunculacearum.* P. in Ranunculis, Ficaria, Aquilegia, Actaea.
12. A. Cruciferarum. Dec. In Teesdalia.
13. A. Geraniorum. *Dec.* In G. silvat. etc.
14. A. Violarum. *Schum.* In V. odorata, silvat.
15. A. Silenacearum. *Dec.* In Sil. inflata, Viscaria.
16. *A. Grossulariae.* P. 1—4. Fructibus saepe infest.
17. A. Onagrariarum. Dec. In Epilob., Circea.
18. *A. Leguminosarum.* Link. 1—4. In Orobo, Phaca.
19. A. Euphorbiarum. P. 1. In Euph., Mercur.
20. A. Polygonorum (rubellum.) P. 1—4. In Rumice etc.
21. *A. Urticarum.* Schum. In *U. dioica.*
22. A. Alliorum. P. In Allio ursino.
23. *A. Convallariarum.* Schum. 1—4; et in Majanthemo, Paride.

*** Species a typo recedentes.*

24. A. Rhamni. P. 1, 2.
25. A. Berberidis. *P.* 2, 3.
26. A. Thalictri. *Grev.* 4. Alpes in Thal. alp.
27. *A. Tragopogi.* P. In Tragopogo, Scorzon.
28. A. punctatum. P. In Anem. nemoros.
29. *A. leucospermum.* Dec. 1—4. Cum priori.

b. *Uredinei,* sporae sub epidermide in acervos definitos, absque pseudoperidio, coacervatae.

* *Epitei,* sporis cellula matricali (asco) receptis l. egregressis moniliformi-concatenatis, ut in Aecidineis. *)

LXXXV. Epitea. *Fr. S. M. p. 510.* Lecythea *Leveill.* non Lecythes *L.*

---

*) Post hujus operis redactionem primariam, in qua duo priora genera una cum *Physonemate* Lev., quod adhuc ab Epitea tute distinguere non licuit, sub *Epitea* complectebar, accepi Cel. *Leveillei* de Uredineis dissertationem, e qua plura recipere coactus fui. Multis rationibus inter Aecidineos et Uredeos, immo Puccinieos, medii sunt; adest quoque passim pseudoperidium, sed ab epidermide certe formatum, ut cum Aecidiis saepe confusa. Species quoad locum non definitae sub Uredine relinquendae sunt. *Pseudo-stroma* est mycelii species.

Pseudostroma manifestum, carnoso-cellulosum, pulvinatum, cystidiis (ampullaceis) cinctum l. adspersum. Sporidia primitus pedicellata, mox secedentia libera, *spora solitaria.*

a. *Rosacearum.*

1. *E. miniata.* P. 1—4. U. effusa. *Strauss.* B. 43.
2. *E. Rosarum.* Dec. 1—4. *B. 42.*
3. *E. Ruborum.* Dec. 1—4. *B. 44.*
4. E. columellata. *Schum.* 2—4. Epit. Rubi. *S. M.*
— gyrosa. *Reb.* 1—4.
5. *E. Potentillarum.* P. 1—4. *B. 45.* (E. Poterii nobis deest.)
6. E. Alchemillae. *P.* 3, 4. — Cfr. *B. 46.*

b. *Amentacearum.*

7. *E. vulgaris.* S. M. U. epitea. *Kunz.* 1—4.
8. E. mixta. *Kunz.* 1, 2.
9. E. Vitellinae. *Wallr.* 1. 2.
10. *E. longicapsula.* Dec. 1—4.

c. *Euphorbiacearum.*

11. *E. Euphorbiae.* Dec. 1—4.

LXXXVI. Podocystis. *Lev.* sub Podosporio, non *Schw.*

Pseudostroma prioris, cystidiis pedicellatis sursum inflatis. Sporae e cellula matricali (asco-sporidio) exsertae eaque stipitellatae, moniliformi-concatenatae.

1. P. Aecidioides. *(Dec.)* 1. Aecid. Populi. *Schum.*
2. P. Capraearum. *(Dec.)* 1—4. In Salice. *B. 63.*
3. *P. Lini.* Dec. 1—4. Uredo. *B. 58.*

LXXXVII. Coleosporium. *Lev.*

Pseudostroma tenuissimum, planum, absque cystidiis; sporidiis elongatis sessilibus, sporis 3—4 seriatis. *Uredo tremellosa* Vulgo; *Melampsoras* illustrantes.

1. *C. Synantherarum.* 1—4. *B. 26.* In Soncho, Tussilag. etc.
2. *C. Senecionis. Schlecht.* 2—4. *B. 25.*
3. *C. Campanulacearum.* P. 1—4. *B. 24.*
4. *C. Rhinanthacearum. Dec.* 1—4. *B. 19.*
5. C. Pulsatillarum. Strauss. 1. — etc.

LXXXVIII. Cystopus. *Leveill.* — *Berk. Whit. Rost. f. 3.*

Sporae exsertae, globosae l. cubicae, moniliformi-concatenatae, vesicula cylindrica (Cylindrisporium *Grev.)* stipitatae. Cystidia nulla.

1. C. candidus. (Uredo. P.) 1—4. In Cruciferis. *B. 1.*
2. C. cubicus. *(Strauss.)* 1—4. In Cichoriac.
3. C. quadratus. *(Wallr.)* 1, 2. In Chenopod. Amaranth.

** *Puccinici,* sporidia septo medio bilocularia. Sporidesmicis analoga. *)

---

*) Inconstans videbitur Phragmidium ad Sporidesmicos esse trans-

LXXXIX. Triphragmium. *Lk. Cord. IV. f. 73.*

Pseudostroma carnoso-cellulosum: sporidia emergentia, pedicellata, septo longitudinali l. trilocularia (loculo summo longitudinaliter septato.)

1\. T. Ulmariae (Dec.) 3, 4. Puccin. *Dec. B. 36.*

XC. Puccinia. *Lk.* — non Micheli. Cfr. *Cord. Ic. IV.*

Pseudostroma obsoletum, floccosum. Sporidia adnata, pedicellata, septo transversali bilocularia.

1\. P. caulicola. *Nees.* 1, 2.
2\. P. Hysterioides. *Cord. I. f. 94.* 1, 4.
3\. *P. Compositarum.* Schlecht. 1—4. c. pl. affin.! *B. 15.*
4\. P. Syngenesiarum. *Lk.* 1—4. *Cord. IV. f. 47.*
5\. P. Discoidearum. *Lk.* 1, 2.
6\. P. Scabiosarum. 3, 4. In S. arv. *(? B. 14.)*
7\. P. Galiorum. *Lk.* 1. *B. 20.*
8\. P. Campanularum. *Carm.* 4. *B. 13.*
9\. *P. Menthae.* P. 1—4. *Cord. l. c. f. 27. B. 9.*
10\. P. Veronicarum. *Dec.* 4. B. 9.
11\. P. Armeriarum. 1. Hall. Affin. Primul.
12\. *P. Umbelliferarum.* Dec. 1—4. *B. 22.* (Multae affin.)
13\. P. Geranii. *Cord. IV. f. 27.* 3. Ger. silv.
14\. P. Violarum. *Lk.* 1—4. *B. 28.*
15\. P. Lychnidearum. *Lk.* 3. *B. 29. Cord. f. 38.*
16\. P. Alsinacearum. Wallr. 1—4. *Cord. f. 39.*
17\. P. Saxifragearum. *Schlecht.* 1, 3.
18\. P. Chrysosplenii. *Grev.* 4. *B. 31.*
19\. P. Ribis. *Dec.* 1—3. *Cord. f. 60.*
20\. P. Epilobii. *Dec.* 4. *Cord. f. 51.*
21\. P. Circeae. *Pers.* 1—4. B. 34. *Cord. f. 34.*
22\. P. Vaginalium. *Lk.* 1. Polyg. Avicul. B. 5.
23\. *P. Polygonorum.* Schlecht. 1—4. *Cord. f. 61, 62. B. 4.*
24\. P. Liliacearum. *Duby.* 1. *Cord. f. 12.* Gagea spathac.
25\. P. Asparagi. *Dec.* 1. *Cord. f. 32. B. 3.*
26\. P. striola. *Lk.* 1—4. In Caric., Luzul., Allio. *B. 2.*

---

latum, sed vegetatio alia (vidi superficiale, absque Uredinea basi!) et species Americanae per corticem arborum erumpentes omnino Byssinae. Sporae, sporidiis inclusae, iis Ceratosporii, Clasterosporii etc. simillimae, quare singulus articulus sporidio Torularum respondet, svadente analogia Xenodochii. Eadem quidem est ratio Pucciniarum, at in longe inferiori gradu. Si typicam identitatem exciperent et pari studio verba mea, ut equidem aliorum, in meliorem partem interpretandi legerent Auctores, certe non tam multa vituperarent. Perbene novi quod scribo, licet calamus saepe in verborum angustiis titubet. Cum omnes editionis sumtus in his terris dispensati sunt, non mihi licet *copiose et diffuse de singula re disserere*, quare genium universalem vellem lectores attenderent.

27. P. punctum. *Lk.* 4. *Cord. I. f. 99.*
28. P. Scirpi. Lk. 4. *S. S. 176.*
29. P. Arundinacea. *Hedw.* 1—3. *Cord. II. f. 39.*
— 30. *P. Graminis.* P. 1—4. *Cord. f. 27. B. 1.*

Subg. *Dicaeoma* S. O. V., sporis liberis inquinantibus, haud pedicellatis l. apiculatis tantum.

31. P. conglomerata. *Kunz.* 4. Tussilag. frig.
32. P. inquinans. *Wallr.* 1—3. Synauther. var.
33. P. Prunorum. *Lk.* 1—3. B. 35.
34. P. Fabae. *Lk.* 1—4. B. 37.
35. P. Impatientis. *Cord.* l. c. f. 57. Halland.
36. *P. Anemones.* P. 1—4. *B. 26.*

[XCI. Solenodonta. *Cast. Mars.*

Sporidia apice dentibus radiatis coronata; reliqua prioris. *Cord. 1. f. 96.*]

*** *Uredei,* sporidiis sporisve simplicibus, nec concatenatis septatisve. Cystidia o! *)

[XCII. Pileolaria. *Cast. Mars.*

Sporidia globularia, cornea, opaca, pedicello longo torto persistente. Unica species: *P. Terebinthi.*]

XCIII. Uromyces. *Lk. Leveill.* Uredo. *Auctt.*

Sporidia globularia, simplicia, pedicellata absque cystidiis immixtis, pseudostromate pulvinato. *Plurimae Pucciniae analogae respondent.*

1. U. Cichoriacearum. *Dec.* 4.
2. U. Phytematum. *Dec.* 4. Norveg.
3. U. Umbelliferarum. *Lk.* 1—4. In Conio etc. *B. 31.*
4. *U. Ranunculacearum. Lk.* 1—4. *B. 33.*
5. U. Cruciferarum. 3. Card. Impat. (Dentaria?)
6. U. Geranii. *Dec.* 1. *B. 35?*
7. U. Oxalidis. *Lev.* 4.
8. U. Behenis. Dec. 1. Öland.
9. U. sparsa. *Kunz.* 1. In Lepigon.
10. *U. appendiculata.* P. 1—4. *B. 50.*
11. *U. apiculata.* Strauss. 1—4. *B. 47.*
12. *U. Polygonorum.* Dec. 1—4. *B. 14.*
13. U. Alliorum. *(Wallr.)* B. 11. — Allia, Gagea.

---

*) *Puccinia Anemones* videtur omnino proprii generis typus, quod Dicoeoma dixerim, sed limites in praesente non conspicui. Cum specierum limitatio inter Entophyta semper fluctuabit, necesse sit omnes typos definitos, ut genera l. subgenera movere. Etiam P. graminis insigniter differt.

**) Difficillimum saepe est dictu, utrum spora adsit l. sporidium; diximus sporidia ob pedicellum.

14. U. Caricina. *Dec.* 1. B. 9.
15. U. Rubigo. P. 1, 2. Cum Puccin. gram. *B. 6.*

XCIV. Uredo. *Pers.* (*incl. plur.*) *Leveill.*

Sporidia inaequalia, in pseudostromate tenuissimo celluloso sessilia; spora solitaria.

1. *U. svaveolens.* P. 1—4. *B. 27.*
2. U. formosa. *Schlecht.* 1—3.
3. U. Campanulae. *Pers.* 2—4.
4. U. Symphyti. *Dec.* 1. Scania.
5. U. Labiatarum. *Lk. B. 20.* U. Menthae. P.
6. U. Evonymi. *Mart.* 1. Ölandia.
7. U. Umbelliferarum. 1. In Aethusa etc. *B. 31.*
8. U. Hypericorum. Dec. 3. *B. 34.*
9. U. Lychnidearum. *Desm.* 4. U. Dianthi. P.?
10. *U. Alsinacearum.* 1—4. In Stellar., Cerast. *B. 37.*
11. U. pustulata P. 1—4. *B. 41.*
12. U. Epilobii. *Dec. 4.* B. 40.
13. U. Circeae. *Alb. Schw.* 2, 3.
14. U. Padi. *Kunz.* 4. C. porphyrogeneta. *Lk.*
15. U. Alchemillae. P. 2—4.
16. U. Ribis *Alb. Schw.* 3. Rib alpin.
17. *U. Saxifragearum.* 1—4. *B. 39.*
18. U. Vacciniorum. (*Lk*) 3, 4! *B. 22.*
19. *U. Pyrolae.* (Schlecht.) 1—4. *B. 23.*
20. U. Ledi. *Alb. Schw.* 3, 4.
21. U. Empetri. *Dec.* 3, 4.
22. U. Mercurialis. (*P.*) 1—3. *B. 52.*
23. U. Betae. P. 1. *B. 16.* Amphisporium. *Lk.* *)
24. *U. Orchidis.* (P.) 1—4.
25. U. oblongata. *Lk.* 4. *B. 10.*
26. *U. linearis.* P. 1—4. *B. 5.*
27. U. Filicum. *Klotzsch.* 3, 4. *B. 54.*

c. *Ustilaginei* (Tulasn. Ann. Sc. Nat. 1847. I. p. 73) in ipsa plantarum substantia nidulantes et hanc destruentes, indefinite effusi.

CXV. Polycystis. *Leveill. Ann. S. Nat. 1846. p. 269.*
Uredo *P.* Tuburcinia pomphylogodes. *Fr.* olim. **)

Sporidia (asci-sporangia *Lev.*) globosa, extus vesiculosa, monospora, filis ramosis pedicellata.

---

*) Quae sit species Linkiana non satis liquet, sed hanc aliasque exoticas subsimiles ad genus citatum pertinere nulli dubitamus. *Physoderma* Wallr. iidem manifeste affine, sed omnia, quae vidi, specimina haud rite evoluta fuerunt.

**) *Tuberciniae* facile subjungendum, nec versa vice!, sed differt genesi sub epidermide plantarum vivarum. Ultima genera Sepedonia-

1. P Ranunculacearum Fr — *Anemones* (P.) 1—4. *B.* 33.
*P. Ficariae. (Coeoma *Schlecht.)* — Hellebori.
2. P. Colchici. *(Schlecht.* Coeoma.) 1. In Paride.
3. P. parallela *(Sow.)* 1, 2 Vestrogoth.! etc. U occulta. *W.*

[CXVI. Testicularia *Klotzsch.! Linn. VII. t. 9. f. A.*

"Sporidia? ovalia, sporis infinitis, filis raris immixtis, farcta." *)

CXVII Thecaphora. *Fingerh. Linn. X p. 230. Tulasn. l c p. 107.*

Sporae difformes, conglomeratae, haud secedentes, asco evanescente receptae.

1. T. hyalina. *Fingh.* 1. Ustilago capsul. *S. M.*

CXVIII. Ustilago *(Bauh.) S. M. Tulasne l. c. p 75.* **)

1. U. longissima. *(Sow.) Tul.* — 1, 2. *B.* 3.
2. U. hypodytes. *(Schlecht.) S. M.* 1. Halland.
3. *U. segetum.* (P.) Dittm. 1—4. *B. 1.*
4. U. Urceolorum (Dec.) 1—4. ***) *B. 1.*
5. U. olivacea. *(Dec.)* 1. Upland. *B.* 8.
6. U. utriculosum. *(Nees)* S. M. *Cord. II. f.* 12. *B.* 15.
7. *U. receptaculorum.* (Dec.) *S. M* 1—4. Microbotr. *Lev.*
8. U. flosculorum. (Dec.) *S. M.* 3, 4. *B. 29.*
9. U. antherarum. *(Dec.) S. M.* 1, 2. Microbotr. *Lev.*

IC. Tilletia. *Tulasn l. c. p. 112* — ubi hist. pl. expos. Caries. *S. M. p. 516.*

Sporae globosae, simplices, pedicello filiformi. — *Sporisorium* Ehrenb. videtur idem omnino genus: donec vero plene exploratum, nomen recentius admisimus.

1. T. Caries. *(Dec.)* 1, 2. *B. 2.*

---

ceorum, Sporodesmiaceorum et Hypodermiorum ita affinia sunt, ut haud tute segregentur sine attentione ad crescendi modum. Sed singula adscendunt ad perfectiora suae seriei.

***) Cum evolutionis historia memorabilis hujus fungilli non satis cognita, characterem Auctoris, mutatis modo verbis, dedimus.**

****) Sorosporium *Rud.* ex Cell. *Tulasne* etiam hujus generis. (Ex errore citant me hoc *Schizoderma* dixisse; expressis verbis l. c. diximus hoc genus a Schizodermate differre analogia Ustilaginis, licet mihi ignotum recipere non licuerit. — Cel. *Leveille* in duo distinxit genera: *Ustilago* recept. celluloso et *Microbotryon*, receptaculo filamentis apice sporas 8—20 conglomeratas gerente. Analogum igitur cum Cheirospora.**

*****) Mole sua corruet Mycologia, nam si omnes fungos epiphyllos et entophytos more hodierno distinguimus, mille millia in hoc orbe existere fingimus species! Hinc hanc et *U. olivaceam* in S. M., non ut varietates subsequentis, sed ut species affines notavimus. Speciem inter Gasteromycetes l. Agaricinos aeque aestumo ac genus inter Entophyta.**

Appendix: Mycelio nullo.

C. Protomyces. *Ung. Exanth. p. 341. f. 27, 28.*

Sporae simplices, absque pedicellis, inter cellulas plantarum nidulantes, absque ordine sparsae.

1. P. Endogeneus. *Ung.* 1, 3. et pl. sim.

E Fungorum autonomorum censu prorsus excludenda:

I. *Exanthemata plantarum.* Variae sunt indolis et formae. Ex his prorsus omittere licet insectorum l. externo quodam stimulo producta v. c. varia *Sclerotia; Dryophilum; Podostrombium: Bedeguar* Rosarum, Salicum etc. Singularem Gallarum speciem in Ochnaceis *(Linn. Soc. XVIII. t. 29)* descripsit Rev. *Berkeley* et plures facile adderre licet; hae vero Entomologis relinquendae. Ut vero Mycologis cognitae sint, necesse est. — Magis fallaces sunt exanthemata spontanea s. morbosa ipsius plantae affectione generata. Cum his nomen definitum necesse sit et eorum cognitio mycologo pernecessaria, eadem appendicis loco citavimus, claris verbis earum autonomiam denegantes. Vidimus tamen varios haec falso citare tamquam autonoma genera a me preposita; licet vera ratio sit, me primum eadem ex antonomorum fungorum censu exclusisse. Inter haec vero et fungos veros multae exstant formae intermediae; (nullibi limites acuti exstant in rerum natura) *Entophyta* in genere sunt simul exanthemata, sed ob vegetionem et sporidia distincta inter genuinos Fungos citanda. Omnes vero sporis l. sporidiis carentes prorsus excludendas censeo, quales:

A. *Phylleriaceae,* cellulae epidermidis plantarum protensae, in floccos heterogeneos transformatae. *) Ex his distinguendi quattuor typi, pro diversa matre abeuntes in definitas formas, species magis limitatas et ejusdem dignitatis sistentes ac Hypodermiorum:

a. *Taphrina* Fr. Cellulis curtis inflatis stipatis, in stratum subcontinuum confluentibus, intus vulgo sporulosis — in bivio inter Phylleriaceas et Fungos positae. Apud nos unica forma, *T. populina* lecta (1, 2); apud exteros plures.

b. *Erineum* Pers. In hoc typo cellulae tumentes apice incrassatae, saepe ramosae et varie effiguratae abeunt in strata grumosa. Ut physiologico, ita et oeconomico respectu, valde memorabiles et vulgo in Suecia proprio nomine ("spuma s. cruor Cuculi") notae. Apud nos legimus *E. roseum* Schultz, *betulinum* Schum., *alneum* P., *populinum* P., *fagineum* P., *Oxyacanthae* P., *padineum* Fr., *platanoideum* Fr., *purpurascens* Kunz.

---

*) Cel. *Fée* statuit has simul esse entomogenas, quod vero confirmare nobis nondum contigit.

c. *Phyllerium* Fr. Cellulae elongatae, tubulosae, simplices, attenuatae, in strata tomentosa congestae. Ex his apud nos lecta *P. purpureum* Dec., P. alneum *Nees*, P. juglandineum *Schleich.*, *P. pyrinum* Fr., *P. sorbeum* Fr., *tiliaceum P.* cum *nervali* Kunz., *acerinum P.*, *Ruborum* Fr., *Gei* Fr.

[d. Septotrichum *Cord.* Flocci (simplices l. ramosi) septati l. cellulosi, reliqua priorum. In foliis arborum tropicarum praecipue obviam venit.] *)

B. *Strumaceae*, e cellulosa plantarum indurata decolorataque ortae, absque propria fructificatione. Stroma genuinorum fungorum saepe referunt et explicatis sporidiis ad hos transeunt; multi enim fungi matricis substantiam assimilant. Restant tamen varii in perfectiores fungos numquam abeuntes et merae affectiones pathologicae censendae. Tres ex hac regione distinguere licet typos, nullo pacto vero inter genuinos fungos citandos:

e. *Spermoedia.* Fr. Semina (graminum) morbosa s. *Secale cornutum* (Scl. Clavus Dec.) Veterum, sed in plerisque graminibus obvia. Omni fructificatione apud nos caret, at in eadem saepe parasitantur Mucedines, Fusaria, "Sphacelia *Lev.*" etc.

f. *Strumae* variae nigricantes, intus cellulosae, in foliis et caulibus occurrunt, quas, quatenus omni fructificatione destitutas, inter autonomas plantas recipere haud licet. Xylomatibus et Sclerotiis (v. c. *Scl. speireum*) vulgo adnumerantur. (Strumella *S. O. V.*, jam fructificans visa, hinc ut *Lanosa* ad genuinos fungos abit.)

g. *Ectostroma*, maculae caulium foliorumque decoloratae absque proprio contextu et fructificatione. **) Has pro autonomis stirpibus non esse habendas vix moneam, sed cum tirones eas pro genuinis fungis colligant et ab incunabilis aliorum aegre discernantur, tales existere in-

---

*) Inter *Phylleriaceas* omisi Chrysomyxam *Ung.* (Chaetosporium *Cord.*, sed cum flocci nullo modo spori, hoc nomen, licet antiquius, servare non licet), cum haec videtur autonomum sistere fungum, cujus vero fructificatio nondum detecta est. Insignius adhuc at analogum vegetabile in foliis Eugeniae vidimus: *S. M. III, p. 522.*

**) Hunc characterem ut multa alia in ridiculum inepte verti vidimus ab eis, qui mentem Auctoris rite excipere parum curant. Quisque vero linguam romanam callens facile vidisset me ubique has non ut plantas, sed ut exanthemata, cum fungis non confundenda, indicasse. Cum inter fungos ante me citatae erant, sed a me excludebantur, necesse duxi sub definito nomine meum arbitrium indicare! Frustra studui excogitare methodum, qua haec citarem, ut falsae citationes meae expositionis evitentur.

dicare necesse duxi. Exempla praebent *E. Tiliae, Iridis* etc. E. Thoracella *Rutstr.*, valde insigne, in aliis terris in Pyrenomycetem forsan explicatur (Cfr. *Wallr.*), apud nos sterile manet.

Multae *Rhizomorphae* Auctt. (Cfr. S. O. V.), quae nil nisi radices personatae plantarum; tumores corallini in radicibus Alni etc. hoc loco simul citari possunt, sed haec omnia strictius ad Pathologiam plantarum, quam Mycologiam, spectant.

C. *Nosophloeaceae* e cellulosa corticis tumentis solum in pulverem laxum soluta originem ducunt. In his nil adest vere fungosi (cum Stilbosporeis l. Melanconiis nullo pacto comparari possunt!) et hoc loco tantum citantur, cum a priscis Auctoribus fungis sint adscripti. Ex his summe memorabilis est:

h. *Phloeoconis*, sistens bullas elevatas, integumento membranaceo (epidermidis) irregulariter rumpente, effundentes cellulas copiosas subtiliter et laxe pulverulentas, corticis vero omnino similes et concolores. Ex his *Lycoperdon Mali* (Weig.! in Herb. Retz.) Peridermium haud male refert. Porro:

i. *Nosophloea*, sistens strumas duras lenticellarum Hysterii instar rimose dehiscentes, pulverem rudem (cellulas solutas corticis colore non mutato) effundentes: H. l. *Uredo alnea* Pers. disp., *subcorticalis* Nees!, Hysterium tuberculosum *Schum.!*, H. Salicis *Wormsk.!*

k. *Mycomater*. E vulneribus arborum praecipue verno tempore profluit latex spissus, qui exsiccatus saepissime pro fungis mihi missus fuit. Hinc hunc statum elementarem simul notare necesse fuit, praecipue cum sit fungillorum feracissima mater. Magis evolutum sistit *Myxonema* Cord. Ic. I. f. 150; in statu perfecto alit Fusisporia, Stilba e. s. p. *Protomycetes* Ung. ad has prope accedunt, at cellulae decolores in cellulosa sparsa nidulantur nec erumpentes. *Chromosporium roseum* Cord. etiam affine videtur, sed Chr. viride *Ejusd.* ab his alienum est, aliorum sine dubio elementa. Rev. Berkeley ad Mycelium *Pezizae aeruginosae* ducit, nec male refert gonidia sub horum genesi.

II. *Incunabula perfectorum fungorum.* Cum plurimi Mycologi morphoseos studium neglexerint et quemcumque obvium statum pro autonomo fungo descripserint, inferiores familiae, imprimis Hypho- et Coniomycetes obruti fuerunt innumeris formis, tam aliorum primordia, quam status dissolutos sistentibus. Hos expungere mihi semper praecipue cordi curaeque fuit; et maxime

miror adhuc ex his recipi plurima genera; *immo inter Fungos* citari a me ipso, *neutiquam pro autonomis vegetabilibus, sed statibus elementaribus Muscorum, Filicum etc.* (v. c. Tophora, Herpotrichum) expressis verbis declarata. *) Qui haec vel *Mycomater, Ectostroma* etc. tamquam a me agnita genera citant, aut clara verba non percipiunt, aut de industria falsarium committunt. De his plenius disserui in *Syst. Myc.* et *Syst. Orb. Veg.* et tam multa addenda collegi, ut hoc loco plene exponere nimis longe deduceret. Ut vero generum index infra completus evadat, praecipua haec recitare juvabit, ut sciant tirones, qua ratione omissa sint. Sunt nempe *Acrothamnium* Nees, Alytosporium *Lk*, *Amphitrichum* Nees et verosimile Cordae, *Athelia* P., *Byssus* Auctt. (Genus vero *Michel.* et *Linnaeanum*, ex speciebus optimis, in Algarum classe, in qua collocavit Linne, omnino persistit, recentius quamplurimis nominibus ornatum) *Cyssocladium* Dittm., *Capillaria* Pers., *Ceratonema* P. (pr. p.) Dematium *Link*, Embolus *Vel.*, *Farinaria* Sow., *Fibrillaria* Sow. Pers., *Fumago* P., *Geotrichum* Nees, *Granularia* Willd., *Himantia* P., *Medusula* Tod., *Mesenterica* Tod., *Mucilago* Mich., *Mycoderma* P. (origo diversissima), *Ozonium* Lk, *Phlebomorpha* P., *Pittocarpium* Lk, *Racodium* P. et Auctt. (genus persistit tantum in prima specie, *R. rupestri*, quae vero a fungis excludenda) *Rhizomorpha* Auctt. (species diversissimae originis, cfr. S. Orb. Veg., sed paucae species invento fructu distinctum genus praebent) *Leptostroma* Auctt. *non Fr.!!* *Xyloma* P., *Xylostroma* Tod. His accedit larga messis formarum, e myceliis fungorum ortarum, quae plurima genera inter Phyceas praebent. Varia genera Cordeana ejusdem esse indolis non dubitamus, sed cum mihi non satis cognita sint et Cel. Auctor ipse multa prisca sua genera **) in recentiori generum enumeratione silentio prorsus transit, haec omittere liceat. Probe insuper observandum ad varia genera v. c. *Sporotrichum, Fu-*

---

*) **Quid significent verba Cel. Auctoris: "*Wir bezeichnen diese Familie* (Byssini), *um keinen Vorwurf von andern hochgefeierten Mycologen zu erhalten, welche diese Familie und ihre Gattungen als entwickelte Pilzformen betrachten* etc. Quis nesciat illa et innumera alia spuria genera a me jam pridem esse exclusa; hoc nostrum judicium ab omnibus peritis Mycologis (*Kunzeo*, *Berkeleyo*, *Weinmanno*, *Leveilleo* etc.) esse agnitum. Ad horum spuriorum generum explicationem vix jota quidem contulit, sed ipsa quam plurimis dubiis auxit Auctor, cujus recentioribus eximiis iconibus ceterum equidem gratus summam laudem tribuo.**

) **Ut *Chaetocypha Cord. apud Sturm. Dapsilosporium*, Ic. 1. f. 45., *Stromateria* Ic. 1. f. 81., *Cnazonaria* Cord. apud Sturm. t. 25. *Scleromitra* l. c. t. 27., *Sarcopodium* l. c. t. 64.

sidium, *Fusisporium*, *Torulam* c. s. p. multas relatas esse formas vagas et indefinitas, a meis horum generum typis maxime recedentes et a Myceliis etc. haud discernendas. Granula minuta, quibus in optimo vigore conspersa sunt, minime verae sunt sporae, sed conidia; verae sporae semper perfecta metamorphosi natae. In *Mucedineis* plurimisque aliis simul facillime observantur tam conidia in mycelio, quam sporae in floccis fertilibus. Illae sunt gemmarum species, cum gonidiis Lichenum analoga.

Ad hanc gregem porro accedunt numerosissimi fungorum status degenerati locis suffocatis, cellis et praecipue fodinis, obvii. Quamvis his locis abeant in formas maxime portentosas et personatas, nullum dubium restat, has omnes, quatenus ad Hymenomycetum familiam spectant, meras esse monstrosas progenies. Plurimas harum descripsit Scopoli; genera igitur *Manina*, *Gymnoderma*, *Ceratophora* (de his speciatim conferatur *Schrad. spic.* p. 171) et multa ejusdem indolis prorsus delenda sunt.

III. Sepositis sic omnibus fungis asporis vel conidiis tantum conspersis, restat magnus generum numerus, recentiori aevo propositus, in quibus tota stirps sit sporidium l. sporarum acervus. Sed ut nullum autonomum agnoscam absque sporis genuinis, sic nec absque praecedente systemate vegetativo, cujus metamorphosi sporae enatae sint. Systema vegetativum vel floccosum cellulosumve vel primitus mucilaginosum; in infimis saepe brevi disparet et in Entophytis vulgo latet, at in omni genuino fungo (*Protomyces* enim anceps est) primitus inveni. Praecipue igitur suspecta sunt *omnia genera tantum offerentia sporas l. sporidia nuda, superficialia;* saltim equidem aegre capere possum singulas cellulas sistere fructificationem. Id saltim constat prorsus similes, ne dicam identicas, cellulas inter Phyceas, pro systemate vegetativo absque sporis haberi; inter Lichenes analogae sunt Leprariae etc., quas nemo nunc temporis autonomas censet stirpes. Ceteris evidentius evolutum est *Coniosporium* Link, cujus species primaria conidiis conspersa initia Pyrenomycetum, plurimorum consensu, sistit. *) *Coniosporium atrum* S. M. (exacte C. stromaticum *Cord. I. f. 5)* primitus e muco enatum videtur et ad Illosporeos referendum. E reliquis speciebus *C. fructigenum* ad Spilocaeam

---

*) Cum *Coniosporio* potissimum comparanda est *Coccularia* Cord., quae ex habitu refert prima stamina *Clisosporii lignorum*; sed inter has chaoticas formas raro quoddam absolute determinandum. — At *Coniothyrium glomeratum* Cord. IV. f. 208 sine dubio sistit Clisosporii nostri statum rite evolutum.

accedit; longe diversae nobis videntur *C. Verticillii, Helminthosporii,* meo sensu ejusdem geneseos et indolis ac Fusidia *Cord I. f. 46—49*, Fusomata *Cord. I. f. 109, 110; II. f. 25.* Haec et plurima similia in variis Mucedinibus frequenter mihi obvia; equidem olim pro summa evolutione sporarum matricis habui et in Psiloniis, Fusisporiis multisque aliis ad haec a conidiis seriem vidi contiguam (Cfr. quoque *Fresen. in Fl. Ratisb. 1847*); sed quid sint nescio, ut etiam an alius noverit. Ad haec proxime accedit *Echinobotryon* Cord. ex ipsius nova expositione in Iconibus (Apud Sturm. propositum erat tamquam genus Dematieum); ejusmodi cellulas conglomeratas saepe vidi in Dematiaceis semiexsiccatis, in quibus in vegeto statu nullas, praeter genuina sporidia, videram. *Gymnosporium* Cord., *Chromosporium* Cord. et *Coniothecium* Cord. quoad genesin heterogenea colligere videntur; in *Gymnosp. Arundinis*, utpote innatum a charactere generico recedit, video nostram *Papulariam Arundinis.* Chromosporium viride *Cord.* apud Sturm. primordia vegetationis Lichenosae refert; sed figuram in Iconibus datam Rev. *Berkeley* summo jure refert ad initia *Pezizae aeruginosae. Chrom. roseum* analogum est cum Protomycete, a quo Dendrina non differt nisi floccis. *Coniothecia* plurima a Schizodermatibus differunt acervis superficialibus, ut etiam *Dicoccum* a Didymosporio; vegetatio primitiva forsan gelatinosa. — Longius ab his distare videntur *Dictyosporium,* quasi Stemphylium sessile, et *Speira.* Haec mihi ignota, illa frequenter obvia, sed ut amphibola rejecta. Deest enim mihi longa illa experientia et ingenii acies ad haec rite interpretanda necessaria, quare nimis lubricum campum reliqui. Cum infimis analogis Phycearum formis conjunctim tractanda sunt, nam e segregato studio, quo eaedem res uno loco pro thallo, altero pro sporidiis describuntur, non potest non mera nasci confusio.

IV. Fungi et Algae, tam Lichenosae quam Phyceae, in infimis punctis ubique se invicem tangunt, ut earum studium necesse conjunctum sit, sine quo in peregrino campo observator oberrabit. Immo Filicum, Muscorum etc. prima stramina, si in externa forma acquiescis, cum Fungis et Algis facile commutantur. (Vidi sporas filicis, in ligno putrido germinantes, at brevi marcescentes Dictiosporio haud absimiles!) Harum varios status, tam inter Phyceas quam Fungos receptos, ut rite distinguerentur proprio nomine designare necesse duxi (*Herpotrichum, Tophora, Plegmatium*); quomodo cuidem in mentem venire potuit, haec tamquam genera Fungorum a me proposita citare,

non capio; *meo sensu est contrarium.* — Ad Lichenes pertinent *Caliciei*, Stegobolus Mont., *Cliostomum* Fr., *Strigula* Fr.; ad Collemaceas vel Byssaceas *Synalissa, Ephebe, Thermutis, Byssus* L.! (Chroolepus, Trentepohlia, Amphiconium, Dematii sp. P. Helicomyces Link (non Al.) Torulae et Moniliae spec. *Rec.*, Syncoelium *Wallr.* etc. sunt hujus synonyma). *Racodium* P. quoad spec. primariam. — Sed *Cora* eaeque affinis *Cilicia* manifeste sunt Hymenomycetes. A Lichenibus ad fungos transtulimus *Rhizomorpham, Dichaenam*, varias Opegraphas, *Sphinctrinam et Sclerococcum*, quae omnia omni thallo Lichenoso carent. Phycologi sibi vindicarunt quam plurimas formas fungosas, quales *Syncollesia, Byssocladium*, Phycomyces, Leptomiti, Hygrocrocis, Mycinematis et Mycodermatis species. — Ex opposita parte in Mycologia receptae multae proles animalis originis, non modo gallae, sed etiam Insectorum et Molluscorum ova variaeque exuviae, quales *Hypoxylon ostracium* Bull., *Epichysium* Tod., *Atractobolus* Tod., *Ascophora perennis, cylindrica* Tod., *Crateromyces* Corda, et plura alia. Cfr. Boheman in Vet. Acad. Zool. Årsberättelse. Peridia quoque *Caulogastri* Cord. esse peregrina nullus dubito. E Capite Bonae spei pro nova Geastri specie, et externa facies fallacissima erat, accepi Araneae nidos.

Post impressionem maximae partis libelli primos fasciculos *Annal. Sc. Nat. 1848* videre licuit, in quibus varia exstant nova Fungorum genera. Ex his suis locis inserere licuit *Leveilleana;* restant vero duo, pro more eximia Cel. *Montagnei*, nempe *Aschersonia* et *Mastomyces*. Ad Pyrenomycetes referenda sunt, *Mastomyces* cum nostra *Topospora* collidit. E Diariis Botanicis video quoque varia nova Hyphomycetum genera proposita esse a Cel. *Preiss*, quae, si mihi innotuerint, suis locis gratus inseram. Nam si vires permiserint, a me plura brevi sequentur scripta mycologica. Praecipue vero mihi cordi curae est, ut publicetur ex maxima parte absoluta *Monographia Hymenomycetum* Scandinaviae cum novis et speciosis figuris omnium a me in Suecia observatarum rariorum specierum, quibus delineandis pictor per quinque annos occupatus fuit. Exstant quidem multarum gregum v. c. *Amanitarum, Boletorum* etc. nimiae jam icones, sed nobilissimarum at determinatu difficillimarum v. c. *Cortinariorum, Tricholomatum, Naucoriarum* etc. vix ulla accurata! Fingerem Opus sistens specierum imagines, vivis coloribus ad statum udum (fere omnes Hyporhodii et Cortinariae hygrophanae delineatae ad statum siccum decoloratae) *et ordine systematico,* maxime fore momenti, cum omnes methodi

hos exsiccandi fallant; at quis redemtor tantum opus, mille tabulas in folio exhibens, edere audeat? Interea sine completa Iconographia, ordine systematico, Hymenomycetum nobilissimorum studium plerisque frustaneum evadit. Species nobilissimae describuntur et oblivioni traduntur; nomina ab una specie in alias transferuntur. Ut opus est Herbarium pro aliarum plantarum fida determinatione, tam necessaria iconum systematica collectio Hymenomycetum. Multas habeo, v. c. Hydnorum species admirabiles et quam maxime speciosas, quarum ideam absque icone vix quis sibi fingat. Singulas icones, utpote brevi oblivioni tradendas, parum fructuosas censeo; at si novas et accuratas icones specierum Europaearum, hactenus rite cognitarum, ordine systematico, publicare mihi liceat — opus perenne, Hymenomycetum studium nobilissimum maxime sublevans, offerem. Hoc loco indicare volui, ad futura de meis speciebus dubia tollenda, locupletissimas Agaricorum indigenorum descriptiones et icones ad naturam delineatas in Musaeo Academiae Scientiarum Holmiae a me esse depositas. *Agaricos rite nosse est dimidia Mycologia.*

SUPPLEMENTA:

I. *Synopsis Hieraciorum Scandinaviae.*

In prima hujus operis sectione Hieraciorum genus transii, donec intricatissimi hujus generis monographicum studium absolvere licuerit. Hujus periculo anno praeterlapso in Actis Societatis Scientiarum publicato, hoc loco addere debeo Synopsin specierum Scandinaviae. Est vero hoc genus inter illa, in quibus in aeternum disputetur, quid species, quid varietas. Equidem vero in tota re herbaria nil novi putidius, quam infinitae illae contentiones tantum de proponendi forma; qui nil majus sciscunt, quam utrum forma definita et in natura copiosa species an variatus dicenda sit, non Botanicos censeo. Qui litteras Botanicas novit, videbit inanes has contentiones de permultis plantis a Bauhini ad nostra tempora continuatas, ut posteri vulgo antecessorum oppositam viam ingressi sint. Optandum sane, ut Botanici non tantam vim variationibus in proponendi forma tribuerent, nec ipsas plantas earumque biologicas rationes negligerent.

In Hieraciis disponendis tam eis, qui specierum reductione gaudent, quam iis, qui specierum distinctione delectantur, satisfacere studui. Utrum stirpes enim vel formas numero designatas species dicere lubeat, mihi perinde est, cum res nullius momenti, modo expositio constans et plantas ipsas earumque historiam rite novimus.

Graviorem censeo errorem vel analogas formas diversarum stirpium commiscere, ut vulgo videre licet sub H. alpino, et H. tridentatum ad H. umbellatum ducendo e. s. p. — vel formas ambiguas hybriditatis commento absolvere. Inter omnes formas singulae stirpis re ipsa exstant formae ambiguae l. lusus, in quibus characteres obliterantur, quare iis, qui e formis transitoriis l. characterum varietate sibi concessum censent species conjungere, varietates sint. At singula semper propriam servat faciem, promiscue cum vicinis in eadem statione nascens facillime dignoscitur, e seminibus culta fideliter redit, peculiari gaudet vegetationis historia et geographica distributione, ut adsint aeque gravia argumenta, earum specificam differentiam urgentia. Omnes vero lusus singulares, absque priva vegetationis historia, in alios in loco vel horto directe transeuntes, etiam si facies l. characteres sint diversissimi, meras esse varietates nullus dubitet. Hi definito loco possunt admodum constantes videri, quare necesse est ut singula species in diversis stationibus observata sit vel sub pluribus formis priusquam distinguatur.

I. PILOSELLA.

Innovatio per stolones. Achaenia minima, pappi uniserialis radiis aequalibus tenuissimis.

A. Stirps H. PILOSELLAE, stolonibus emersis radicantibus, in rhizoma repens abeuntibus, foliis subtus floccis stellatis plus minus canescentibus, involucri squamis intimis spiraliter positis magis magisque acuminatis. *Pedunculi 1-oligocephali, nudi l. monophylli.*

1. H. PILOSELLA, rhizomate repente stolonifero, foliis oblongis lanceolatisve utrinque setosis, subtus pube densa candicantibus, *scapo primario aphyllo stricto simplici monocephalo*, involucro basi ovato, deflorato conico-ventricoso, squamis pallide marginatis, exterioribus obtusis, ligulis radiantibus subtus subvittatis. *Linn. Spec. 2. p. 1125. Fr. Monogr. Hier.* p. 2. *Sv. Bot. t. 458. Fl. Dan. t. 1110. — H. N. VI. n. 4.* Per omnem Scandinaviam, exceptis zona arctica et alpibus, (quod notatu dignum cum in alpibus Europae australis luxuriet) vulgatissima planta, mire varians statura, formis flagellaribus et stolonifloris, pedunculis ramosis, ad sequentem apparenter transiens. In graminosis humentibus laetius viret, folia rarescentibus floccis in pagina inferiori etiam subtus et ligulae utrinque vulgo concolores = var. *virescens;* ad latera rupium irrigua scapi stolonesque elongati laxi, involucra pilis densissimis glanduliferis nigrescunt = var. *nigrescens;* in collibus fertilibus soli maxime infestis stolones crassi abbreviati, capitula duplo majora breviscapa, involucro eglanduloso-piloso, squamis exterioribus latis obtusis = var. *grandiflora;* denique in campis glareosis, soli infestis rupibusve maritimis stolones abbreviati cum scapo foliisque hispidissimi, involucra setis densis eglandulosis villosissima, squamis lanceolatis conformibus = v. *pilosissima.* E foliorum forma, capitulorum magnitudine quam plurimi obviam veniunt lusus.

2. H. STOLONIFLORUM, rhizomate repente stolonifero, foliis obovatis obtusis utrinque setosis viridibus, subtus floccis canis raris adspersis, scapo primario monophyllo racemoso-corymboso oligocephalo, pedunculis elongatis, capitulis erectis ventricosis basi truncatis, defloratis depressis, squamis unicoloribus acutis, ligulis radiantibus subtus subvittatis. *Waldst. et Kit. Hung. t. 273. Monogr. Hierac. p. 5.* Locis graminosis montosis Smolandiae, Vestrogothiae (perperam pro sequente sumtum) etc rarius. A prioris formis stolonifloris, vulgo commutatis, cautissime distinguendum. Pro ejusdem forma luxuriante, montana omnino haberem, nisi repetita cultura eximie rediret. In regionibus campestribus decrescens, sporadicum fit, raro persistens. Exstat var. *collina* foliis oblongo-spa-

thulatis pallidioribus, scapo graciliori subdicephalo furcato, capitulis minoribus, ligulis saepe concoloribus, *H. bifurcum* Hn. Cultam vidi var. ligulis aurantio-purpureis.

3. H. CERNUUM, rhizomate demerso substolonifero, foliis lanceolatis gramineoviridibus ciliatis subsetosis, subtus flocculosis denudatisve, scapo primario monophyllo pilis elongatis albis hirsuto in ramos elongatos submonocephalos diviso, capitulis globosis albo-hispidis viridibus, *virgineis cernuis*, squamis acuminatis, ligulis subtus concoloribus. *Fr. Monogr. Hier. p. 10.* Planta mere alpina; copiosa locis graminosis juxta terminum Abietis in Hugelien in par. Torpen, Eikjerbacken in Valders, in alpe Synshorn etc. Norvegiae australioris; a reliquis optime distincta, tantum cum *H. spurio* Chaix videtur jungenda. Ligulae in alpibus croceo-fulvae, locis vero inferalpinis culti pallescunt. Singularis varietas caulescens, foliis angustioribus in caulem adscendentibus et ex alis stoloniferis ex horto Bot. Christianiae migravit. — H. bifurcum *Bieb.!* (non Auctt.) dignoscitur scapo elato robusto, setis horizontalibus nigris hispido, pedunculis arrectis, involucris ovatis siccitate nigricantibus, squamis obtusiusculis.

4. H. AURICULAEFORME, rhizomate emerso stolonifero, foliis lanceolatis acutis viridi-glaucescentibus, supra glabris setosisve, subtus floccis tenuibus leviter canescentibus, scapo primario subnudo corymboso-racemoso furcatove oligocephalo, involucro cylindrico, deflorato anguste conico, squamis exterioribus obtusis, ligulis radii subvittatis. *Fr. Monogr. p. 7.* — *Herb. Norm. VI. n. 5.* In collibus sterilibus, apricis Hallandiae, Smolandiae etc.; in jugis arenosis Sueciae mediae, v. c. Upsaliae, aeque frequens ac *H. Pilosella* et *Auricula*. Primo obtutu *H. Auriculam* refert; omnibus vero characteribus essentialibus ad *H. Pilosellam* accedit. Locis irriguis obviam venit capitulis e setis glanduliferis densis nigricantibus — var. *denigrata*. Formae flagellares ad *H. Pilosellam* revergunt. Proximum est *H. sphaerocephalum* Alpium Europae mediae, diversum foliis obtusiusculis viridibus, involucro globoso villoso-tomentoso. Nec cum *H. brachiato*, Europae australi privo, commutandum, diverso pedunculis (saepe divisis) arrectis strictis, involucris ovatis, ligulis subtus concoloribus.

B. Stirps H. AURICULAE, stolonibus repentibus in rhizoma repens abeuntibus, foliis subobtusis subtus subnudis (vix floccosis), squamis involucri interioribus verticillatis aequalibus obtusis. Spec. 5-7 glaucescunt; 8-10 laete virent.

5. H. AURICULA, rhizomate repente stolonifero, foliis lingulatis obtusis glaucis utrinque nudis basin versus ciliatis, scapo

subunifolio apice cymoso, pedunculis simplicibus arcuato-adscendentibus, furcatoque, squamis obtusis pallidis, stylo luteo glabro. *Linn. Spec. 2. p. 1126. Fr. Monogr. p. 14. Fl. Dan.* t. 1111. *Herb. Norm. VI. n. 6; XI. n. 14.* H. dubium. *Vill. Willd.* Ubique vulgare per Scandinaviam, etiam intra zonam arcticam et in alpibus supra terminum Pini adscendens. Species haud admodum variabilis, major et minor submonocephala, indumentoque scapi varia; semper vero facile recognoscenda.

6. H. FUSCUM, rhizomate repente stolonifero, foliis spathulato-lanceolatis dentatis obtusis pallide viridibus subglaucescentibus utrinque pilosis, scapisedo diminuto lineari, corymbo denso simplici oligocephalo, ligulis croceis subtus aurantiis; stylo fuscescente. *Vill. Voy. p. 59. t. 1. f. 2.* Cfr. *Fries Monogr. p. 18. Herb. Norm. XIII. n. 7.* In alpibus Norvegicis schistosis raro; suis locis vero abunde, v. c. prope Brufladt in Valders ad pedem alpes Tonsaasen, Höjnaessäter in Slidre. Nostrum ab *H. aurantiaco* omnino differt, inter *H. Auriculam* et *Suecicum* quasi medium.

7. H. SUECICUM, rhizomate repente stolonifero, foliis obovatis planis obtusis glaucis, utrinque nudis et glabris, scapo submonophyllo, corymbo composito fastigiato, ramis patentibus polycephalis, involucris subnudis ovatis, stylo fuscohispiduio. *Fr. Monogr. p. 16. Herb. Norm. IX. n. 7.* H. dubium *Linn. Suec. n. 698.* Species regioni subarcticae priva, ne quidem in Suecia australi obvia, sed in Suecia media (Uplandia, Gestricia, Dalekarlia, Wermlandia) passim locis humidis obvia. Majus et speciosum ut *H. collinum*, cui forma simillimum, sed specimina minora cum priori confluere apparent; sed characteres essentiales servant; specimina elatiora *H. auriculae* utriusque differentiam probant.

8. H. PRATENSE, rhizomate repente stolonifero, foliis obovatis oblongisve obtusis viridibus, margine carinaque vel undique hispidis, subtus pube stellata destitutis, scapo subunifolio setoso-piloso, corymbo composito polycephalo erecto, involucris ovato-oblongis siccitate nigricantibus, squamis obtusis, stylo luteo. *Tausch. Koch. syn. 2. p. 515. Fr. Monogr. p. 19. Herb. Norm. VI. n. 10.* In pratis graminosis humidiusculis Sueciae orientalis Smolandiae, Uplandiae ad Mälaren (Lindeberg) raro. Ad Lund, Christiniam, Upsaliam et Gevaliam e seminibus allatis inquilinum factum est. Locis sterilibus minus, glaucescit et non sine difficultate a praecedente distinctum. Flocci, si in pagina inferiori adsint, admodum rari et accidentales.

9. H. DECOLORANS, rhizomate repente substolonifero, *foliis* obovatis oblongisve obtusis dentatis *subnitidis gramineo-viridibus*

utrinque nudis hirtis, scapisedo semi-amplexicauli, scapo monophyllo efloccoso setoso-hispido apice corymboso, *pedunculis involucroque canohirsutis*, squamis pallidomarginatis, stylo e luteo fuscescente. *Fries Monogr. p. 21.* In alpibus Norvegiae 3-4000′ pedes supra mare; v. c. in Birkelierne in Filefjeld. *Blytt.* Inter *H. Suecicum* et *aurantiacum* exacte medium; ab utroque diversum foliis pargameneis nitidis, anthela cano-hirsuta. Ligulae croceae, exsiccatae pallescentes.

10. H. AURANTIACUM, rhizomate repente substolonifero, *foliis* obovatis lanceolatisve obtusis subintegerrimis *mollibus gramineo-viridibus* utrinque setoso-pilosis, scapo inferne folioso flocculoso sursum setoso-piloso, *anthela* corymbosa furcatave *involucrisque nigrohispidis*, squamis obtusis, stylo siccitate fuligineo. *Linn. Spec. 2. p. 1126. Fr. Monogr. p. 23. Fl. Dan. t. 1112. — Herb. Norm. X. 10.* In montibus Smolandiae borealis, circa Eksjö multis locis; vulgatum admodum in Norvegia australiori ab Heckfjeld ad Dovre, a 400′- ad 4000′ altid. adscendens, at longius versus septentrionem haud progrediens. *Flores aurantii* et folia gramineo-viridia facile distinguunt; illi variant (v. *bicolor*) lutei radiis subtus aurantio-vittatis; haec forma apud nos statura vulgaris gaudet.

Formae hujus stirpis, tamquam species propositae, reliquarum facilius quidem discernuntur, sed intima affinitate non minus cohaerent quam reliquae, ita ut si stirpes nostras pro genuinas species sumas, nulla adest ratio H. aurantiacum ab H. Auricula separandi. Ut stirps *H. Pilosellae* in Europa australiori ejusque alpibus praecipue luxuriat (zonam arcticam fugit), sic *H. auriculae* in subarctica. Mediantibus *H. fusco, Suecico, decolorante* series inter H. Auricula et H. aurantiacum prorsus contigua, quamvis primo obtutu vix alia magis diversa appareant.

C. Stirps H. PRAEALTI. Caulis a radice discreta, stolonibus subterraneis l. emersis nunc flagellaribus apice radicantibus et a matrice secedentibus (nec in rhizoma abeuntibus); nunc in caules laterales floriferos adscendentibus. Folia secundaria acuminata, subtus canofloccosa l. intense glauca. Anthela corymbosa, laxa l. densa, pedunculis defloratis semper strictis. Involucri squamae obtusae, siccitate nigricantes. Ut reliquae stirpes facillime limitantur, haec difficillime. Exstant hujus formae rhizomate subterraneo quidem, sed repente ad Auriculas, immo ad Pilosellas, accedentes; ex altera parte ad *H. Cymosa* accedunt. *H. setigerum*, squamis licet obtusis, ex affinitate hoc loco inter *H. cymosa* collocavi, cum quibus caule typice folioso, anthela primaria cymosa et florescentia serotina convenit.

11. H. COLLINUM, viride, caule stricto inferne paucifolio apice corymboso furcatove, foliis lanceolatis linearibusve acuminatis hirsutis, subtus canofloccosis, infimis lingulatis obtusis, anthela discreta involucrisque e globoso ovalibus canofloccosis (glandulosoque-) hispidis, squamis unicoloribus obtusis siccitate nigricantibus. *Fr. Monogr. p. 29* ubi syn. H. dubium. *Fl. Dan. t. 1044. Herb. Norm. VI. n. 8, 9. X. n. 10.* In collibus, versuris, dumetis Scandinaviae mediae et borealis, inque arctica zona species cum *H. Auricula* vulgatissima; at in Scandinavia australiori deesse videtur. Stolones vulgo nulli l. in caules laterales adscendentes mutati; interdum vero flagellares. Folia, primitus viridia, locis apricis glaucescunt, subundulata. Omnium maxime proteum apud nos, ut *H. praealtum* in Europa media. Exstant nempe individua caule bis terve furcato, capitulis magnitudine fere *H. Pilosellae*, ligulis subtus vittatis (minime tamen hybridis, cum ex eodem caespite resecto autumno enatum vidi omnino genuinum!), alia furcata *microcephala;* vulgo corymbus glomeratus. Ab hoc originem porro ducere fingo sequens:

* H. STOLONIFERUM, rhizomate obliquo subrepente flagellifero, scapo adscendente gracili flexuoso unifolio, foliis lineari-lanceolatis acutis ciliatis sparsimve hirtis glaucis, subtus canofloccosis, pedunculis defloratis strictis, involucris gracilibus canofloccosis glanduloso-pilosis, squamis margine pallidis. *Bess. en. p. 43.* Fries Monogr. sub H. collino. Cum praecedente rarius. Formae flagellares *H. collini* insuper abeunt in maxime recedentes formas, hybridas perperam vulgo dictas.

12. H. FLORIBUNDUM, glaucescens, rhizomate repente demerso, foliis spathulatis lanceolatisve subobtusis, margine carinaque l. utrinque setosis, subtus raro flocculoso-stellatis, caule monophyllo furcato corymbosove, sursum pedunculisque glanduliferis cum involucro ovato-globoso nigricante nigrohispidis, squamis obtusis concoloribus. *Wimm. Fl. v. Schles. 2. p. 22. Fr. Monogr. p. 17. Reich. Fl. Germ. exs. n. 2428. Herb. Norm. XIII. n. 9.* Locis graminosis in alpibus Norvegiae mediae et australioris; *H. pratense* (= collinum) vulgo dictum, quum hoc in Norvegia desideratur, v. c. in Torpen ad rupes schistosas 2000′ supra mare. Folia praecedentis vulgo latiora, breviora, parcius canofloccosa. Species itidem protea et difficile interpretanda; characteribus ad *H. auricula* accedens, ex affinitate vero hoc loco collocandum; ad prius accedens, ut *H. Suecicum* ad *H. auriculam.* Exstant vero hujus varietates macilentae, ab H. auricula tantum distinctae foliis subtus floccosis, capitulis subsessilibus nigricantibus.

13. H. PRAEALTUM, glaucescens, setoso-hispidum glabratumve, caule simplici stricto 1-3-folio, foliis lineari-lanceolatis acu-

minatis subtus denudatis, primariis obtusis, corymbo denso cano-floccoso, pedunculis defloratis strictis, capitulis ovato-cylindricis subnudis virentibus, squamis obtusis carina hispidis, margine pallidis. *Vill. Voy. p. 59, t. 2. f. 1. Wimm.* et *Grab. Fl. Sil. III. p. 206. Fr. Monogr. p. 26. Herb. Norm. VI. n. 7.* Hoc in Europa media vulgatissimum, apud nos rarissimum inter Pilosellas, nec nisi ad Kamphoug prope Christianiam paucisque locis Norvegiae australioris lectum. Saepe flagelliferum, aut numquam stoloniferum indeque rhizoma repens semper desideratur. Inflorescentia ut in reliquis variat irregularis (*H. fallax* vulgo; Willdenowii vero est forma culta *H. collini*); at sequens adeo insigne ut in ulterius examen seorsim notandum:

* *H. fallax*, glaucum, caule submonophyllo furcato-paniculato corymbosove, foliis lanceolatis setosis subtus floccis stellatis canescentibus, involucris e floccis densis pilisque tenuibus albis canescentibus (*vetustate ferruginascentibus*), squamis intimis acutis. *Reich. Ic. I. f. 83? Fr. Monogr. p. 37* tamquam dubia forma. In pratis silvaticis Blekingiae v. c. ad Mörrum olim legi formam definitam, nunc quoad affinitatem mihi obscuram; squamis acuminatis, sed involucris fere *H. echioidis* magnopere insignem.

14. H. HYPERBOREUM, glaucum, setis rigidis hispidum, eflagelle, caule simplici monophyllo foliisque lanceolatis subobtusis, pube stellata destitutis, corymbo regulari dense fastigiato, pedunculis erecto-patentibus rectis involucrisque cylindricis gracillimis nudis nigris pilis setosis hispidis, squamis obtusis unicoloribus. *Fries Monogr. p. 28. Herb. Norm. XIII. 10.* H. Piloselloides. *Hartm.* In Scandinavia arctica; in alpibus calcareis maritimis Nordlandiae (Saltdalen) et Finmarkiae (ad Brevig, Alstenoe, Moselvdalen in Senjen); etiam in Laugoe Norvegiae australioris *Blytt.* Proximum *H. florentino* = Piloselloidi, trans alpes trantum obvio, at semper simplex, pedunculis cymoso-corymbosis strictis involucrisque undique hispidis clare distinctum.

In nulla stirpe species quoad typicas formas habitu inter se magis differunt; facillime tamen formis intermediis junguntur. Cultura tamen eximie constantes se praebent; geographica distributione ceterum et vegetationis rationibus diversae.

D. Stirps H. CYMOSI, radix discreta a caule stricto plus minus folioso, apice normaliter in umbellam l. cymam regularem diviso; sed accedente interdum uno alterove ramo inferiori anthela passim irregularis apparet, subpaniculata. *Folia radicalia ante caulina marcescunt!* Squamae involucri introrsum decrescentes, intimae acutae, sed in *H. setigero*, H. echioidi affini, obtusae. *Praecedentibus serius florent, Iulio.*

15. H. GLOMERATUM, pallide viride, subglaucescens, pilis brevibus mollibus adspersum, caule sparsifolio glanduloso canofloccoso apice cymoso, foliis lineari-lanceolatis acutis canofloccosis, anthela glomerata, involucris ex ovata basi oblongis, defloratis conico-ventricosis, glanduloso-pilosis, squamis acutis. *(Fröl. in Dec. Prod. p. 205.) Fr. Monogr. p. 38. Fl. Dan. t. 810. Herb. Norm. XIII. 11, 12.* In regionibus praecipue montanis Sueciae v. c. Upsaliae, rarius, Norvegiae frequentius; sola hujus gregis species in provinciis maritimis Norvegiae australioris obvia, v. c. Christiansandensis. Statura elatior H. praealti, cui etiam involucris accedit, passim flagella haud radicantia exserens. Folia saepius utrinque canofloccosa. Capitula exsiccata nigrescunt. Pulchrae et definitae varietates sunt: *alpigena*, caule praelongo strictissimo inferne 1-2 folio pilis brevissimis glanduliferis scabro, umbella simplici — ad Nystuen in Filefjeld, Drivstuen in Dovrefjeld, 3000-4000′ supra mare et *macilenta,* caule gracili flexuoso sparsifolio, cyma regulari capitato-conglomerata, in collibus calcareis provinciae Aggerhusensis Norvegiae. Cfr. *Herb. Norm. XIII.*

16. H. SETIGERUM, pilis elongatis densis pubeque densa undique vestitum, caule folioso apice cymigero furcatove, foliis anguste et elongato-lanceolatis acuminatis, anthela discreta involucrisque oblongo-cylindricis canofloccosis albohirsutissimis, squamis obtusis pallidis. (H. setigerum Auctt. pr. p.) *Fries Monogr. p. 32.* H. cymosiforme. *Fröl. l. c. p. 207. Herb. Norm. XIII. 13.* In pratis et dumetis Sueciae orientalis ad Ostrogothiam et Uplandiam hinc inde catervatim; singularis var. *humilis*, foliis ad basin congestis ad Nystuen in alpe Filefjeld, 3000′ supra mare. In forma primaria (H. echioides *Suec.)* stolones semper desunt, caulis elongatus, polyphyllus, foliis radicalibus vulgo emarcidis, caulinis elongatis perangustis, sursum haud decrescentibus. Pili longissimi, variant laxi et tota planta canopulverulenta. Ab *H. echioide* genuino, apud nos non obvio, distinctissimum.

17. H. CYMOSUM, laete virens, sublutescens, hirtum setosove-hispidum, caule paucifolio eglanduloso-piloso, foliis obovatis lanceolatisve subnudis, primariis brevioribus obtusis, cyma fastigiata canofloccosa, pedunculis elongatis corymbosis involucrisque cylindricis setosohirtis, squamis acutis. *Linn. Spec. 2. p. 1126. Fries Monogr. p. 40. Herb. Norm. XIII. 14. Reich. Ic. I. f. 34.* — var. angustifolia. *Reich. l. c. f. 116.* In pratis et nemoribus Sueciae australis et orientalis; var. *angustifolia* sola hujus gregis in Dania (Selandia) lecta. Varietas *latifolia*, in Scania, Ölandia etc. obvia a reliquis manifeste diversa, vulgo setis elongatis rigidis *hispidosa,* sed variat etiam pilis brevioribus et mollioribus, praecipue varietas *angustifolia,* ad *H. glomeratum* revergens.

18. H. SABINUM, gramineo-viride, caule simplici hirsuto, inferne foliato, foliis obovatis lanceolatisve, interioribus acutis canofloccosis, anthela discreta densa umbellata cymosave, pedunculis strictis canofloccosis involucrisque (parvis) cylindricis albo-tomentosis, squamis interioribus acuminatis. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. p. 270. t. 6. Fries Monogr. p. 42. Reich. Fl. Germ. exs. 1339!* In alpibus Norvegiae australioris; etiam prope Christiniam *Blytt.* Apud nos modo legitur var. vittata *(Reich. l. c.)* floribus sulfureis, subtus purpureo-vittatis, foliis lanceolatis molliter setosis; quae directe abit in var. *norvegicam*, (Herb. Norm. XIII.) foliis angustioribus strigoso-hirsutis, cyma irregulari, involucro piloso tantum, ligulis croceis aurantiisque. Magis habitu et geographica distributione, quam acutis notis a priori differt!

(II. AURELLA.

Ex hac nobilissima serie, inter Pilosellas et Pulmonareas media, capitulis speciosis, squamis polyserialibus in seriem contiguam dispositis, achaeniis vulgo majoribus a Pulmonareis distincta, at aegre limitata, unicam modo habemus speciem, nempe *H. alpinum*, eamque ad Pulmonareas recedentem, quare hoc loco inter Pulmonareas citandam fluximus.)

III. PULMONAREA.

Innovatio per rosulas radicales; folia radicalia rosulata, persistentia. Involucrum interrupte et irregulariter imbricatum. Achaenia brevia, truncata, radiis pappi inaequalibus rigidis.

Pervenimus nunc ad gregem difficillimam, cujus species olim collectivas proposui, quod plerisque quoque intensissimo observandi labore impatientibus semper quoque sine dubio placebit, at hoc modo diffines et modo analogae formae perpetuo commutentur! Typi specierum infra allatarum admodum conspicui, sed formis recedentibus ita obliterantur, ut de limitibus diu dubius sis. Quantum in me fuit studui ut characteres proponantur acuti, missis omnibus secundariis a statura, foliorum numero etc. — Stirps *Andryaloidea* in Scandinavia desideratur.

E. Stirps *H. Oreadis!* Herba glauca, setoso-pilosa; pilis longis simplicibus, vulgo rigidis; his in pagina superiori deficientibus folia albo-punctata. Involucri squamae introrsum decrescentes, intimae acutae. *Stylus persistenter luteus,* nec fusco-hispidulus. Haec stirps, ceterum rarior, centrum suum habet in rupibus gneisseis schistosisque Scandinaviae.

* *Ligulis ciliatis, achaeniis longioribus.* Aurellis affinia, una cum n. 23. Hujus species sub *H. Retzii* olim complectebar;

H. Retzii vero primitivum *Fr. Nov. 1819. p. 76.* H. silvaticum *Retz.! Obs.* Bot. I. p. 90 est H. pallidum.

19. H. PALLIDUM, phyllopodum, caesio-glaucum, caule fistuloso 1-oligophyllo apice in pedunculos paucos strictos diviso, foliis ovato-lanceolatis denticulatis setoso-pilosis, radicalibus rosulatis spathulatis petiolatis persistentibus, caulinis sessilibus, involucris ovatis canofloccosis glandulosoque-pilosis, squamis cuspidatis, ligulis ciliatis, stylo luteo. *Biron. pl. ined. p. 11. Fr. Monogr. p. 94. Herb. Norm. XIII. n. 17.* H. Retzii *Fr. Nov. 1819.* H. Schmidtii *Tausch. Wimm.! Koch.!* H. Lausonii. *Brit. pr. p.* H. Sternbergii. *Fröl.* Per rupes Scandinaviae passim. Formarum series infinita; caulis nudus monocephalus, et sparsifolius pedunculis elongatis furcatus; praecipue vero distinguenda varietas *macrocephala*, admodum speciosa, capitulis magnitudine H. alpini. Folia vulgo membranacea, infima integra, sed in luxuriantibus basi profunde dentata. Anthela discreta, sed bracteae inferiores subfoliaceae, 3—7-cephala; capitula siccitate nigrescunt. Ligulae exsiccatae aureae, plus minus ciliatae; culta vidi spec. e seminibus Norvegicis ligulis *H. alpini* undique pilosis, sed ciliae interdum oblitteratae, saltim in spec. siccis aegre conspicuae = *H. Schmidtii* Fröl. *(Herb. Norm. X. n. 6)* inter hoc et pallescens media ratio. *Pappus albus.*

Obs. H. anglicum *Fr. l. c. p. 93* habitu, foliis ovatis subintegerrimis, pedunculis arcuato-adscendentibus, ligulis evidentius ciliatis et involucro a prioris forma macrocephala differt; an genuina species sit ignoramus. Sub *H. Lawsonii* nomine (non vero primarium est Villarsii) ex Anglia non modo hoc, sed etiam specimina macra H. Cerinthoidis veniunt. — Ad *H. pallidum* l. *anglicum* pertinet H. leptocaulon, hirsutum, folio longiori *Raji Syn.;* H. macrocaulon hirsutum, folio rotundiori *Raji Syn.* ex *Dill. Elth. f. 179* manifeste est sequens. Dillenius expressis verbis monet, semina suae speciei a posteriori esse desumta; perperam igitur hoc ad *H. murorum,* figura vero Dillenii ad Lawsonii citatur a d. Smithio.

20. H. OREADES, phyllopodum, intense glaucum, caule subramoso-paniculato folioso, foliis oblongis medio denticulatis, margine subtusque piloso-crinitis, radicalibus rosulatis ovalibus persistentibus, caulinis sessilibus, anthela contigua, involucris tumidis utrinque truncatis albocrinitis, squamis obtusiusculis, ligulis eximie ciliatis, stylo luteo. *Fr. Monogr. p. 94. Dill. Hort. Elth. f. 179. Herb. Norm. XII. 16.* In summis rupibus Sueciae mediae ad lacus majores; primo in summis rupibus ad Gottsunda prope Upsaliam lectum a filio meo *Theodoro,* dein pluribus locis. Exter-

na facie a priori primo obtutu dignoscitur; hujus forma macrocephala est inter H. nostra speciosissima, Villosarum habitu. *H. Vogesiacum* simillimum recedit receptaculo villoso, capitulis nigricantibus. H. Oreades vulgo a basi paniculato-ramosum, ramis foliosis, at variat minutum simplex monophyllum etc. Capitula deflorata non sequentis more constricta, nec prioris instar nigrescunt. In forma *microcephala* squamae acutiusculae.

21. H. SAXIFRAGUM, phyllopodum, glaucum, caule farcto rigido ramoso inferne hirto foliato, foliis lanceolatis, radicalibus paucis, caulinis sessilibus medio sinuato-dentatis, subtus pilis setosis brevibusque trifidis adspersis, anthela contigua, pedunculis filiformibus involucroque basi ovato nudo fuscovirente pilis luteoglandulosis apiceve canescentibus adspersis, squamis acuminatis, ligulis breve ciliatis, stylo luteo. *Fr. Monogr. p. 100. Herb. Norm. X. 10. XII. 17.* H. rupestre. *Koch. syn. 2. p. 523.* non Allionii. In rupibus Sueciae et Norvegiae mediae et borealis, in alpes usque vulgatum; speciosum in rupibus trans Norby prope Upsaliam. Itidem mire proteum, sed peculiari virgata facie semper a prioribus distinctum et inferne semper foliatum; folia radicalia vero ante caulina marcescunt. Caules nunc simplices filiformes 1-oligocephali, foliati tamen, nunc toti in ramos filiformes soluti, sed etiam robusti, foliosi, apice paniculato-ramosissimi. Folia angustata, in macris tantum integra, sessilia. Involucra vix floccosa, viridia l. fuscoviridia. Pappus rufescens. — Exstat alia var. *hispidissima,* caule dense folioso foliis utrinque longe setosis; alia *viminea,* caule elongato virgato-ramoso ramisque foliosis, involucris nigricantibus, squamis obtusioribus, margine albofarinosis. In alpibus.

Facile confunditur cum formis luxuriantibus aliarum specierum. Duo illa dubia post hoc in *Monograph. p. 101* memorata, ut l. c. suspicatus sum, omnino aliena; *rufescens* est forma *H. norvegici; leucocoma* lusus *H. pallidi;* numerosa hoc anno lecta hujus specimina omnia ligulis ciliatis gaudebant.

*** ligulis glabris, achaeniis brevioribus.* Vulgatis affinia, excepto *n. 23.*

22. H. PALLESCENS, phyllopodum, caesioglaucum, caule 1—4 folio, apice corymbifero, foliis oblongis lanceolatisve denticulatis supra albopunctatis, inferioribus in petiolum attenuatis lingulato-obtusis, summis sessilibus, margine subtusque pilosis, anthela discreta erecta involucrisque canofloccosis eglanduloso que-pilosis, squamis acutis, ligulis apice glabris, stylo luteo. *Waldst. Kit. pl. Hung. t. 217. Fr. Monogr. p. 98. Herb. Norm. IX. 5.* In regionibus montanis et convallibus alpinis, Smolandiae, Westrogothiae etc. rarius; sed in Norvegia australi et occidentali

(Christiansand, Mandal, Stavanger etc.) vulgatissimum generis. Vulgo cum *H. pallido* vel *H. caesio* commutatur; in foliorum forma, numero e. s. p. nulla fida differentia, quare nomina analogis formis promiscue imponuntur. — In *H. pallesc. scapigero*, caulis nudus, aphyllus, nihilo tamen minus ad hanc speciem absque dubio spectat. Cfr. *Herb. Norm. XIII. n. 18. Monogr. Hierac. p. 96.* — Ab H. pallido differt caule simplici, sed apice *corymboso*, foliis caulinis inferioribus obovato-lingulatis in petiolum attenuatis (nec omnibus sessilibus), superne albopunctatis, involucris plus minus albopilosis nec glandulosis, ligulis semper glaberrimis, pallioribus.

23. H. ARGENTEUM, phyllopodum, intense glaucum, caule fistuloso rigido furcato 1-paucifolio, foliis lanceolatis glabris ciliatis, radicalibus dense rosulatis distincte, caulinis breve, petiolatis, medio inciso-dentatis, anthela discreta, bracteis subfoliaceis, squamis latis obtusis, ligulis glabris, stylo luteo. *Fr. Monogr. p. 99.* In rupibus alpinis, maritimis Norvegiae occidentalis totius usque ad Ranen, Alstenoe etc. Finmarkiae vulgatissimum et physiognomiam regionis praebens *Blytt.* Species singularis, inter diffines intrudenda; *H. saxifrago*, ni fallor, proxima, ad *H. lasiophyllum* quoque accedens. Caulis ob folia parva subnudus apparet, nunc repetito-furcatus, nunc ramosissimus. Folia caulina vel reducta linearia vel in dentes porrectos incisa. Capitula minuta, vulgo depilata. Squamae plurimae obtusae et in deflorato circa receptaculum arcuato-deflexae.

24. H. OXOSMOIDES, phyllo- et trichopodum, longisetum, glauco-virens, caule stricto folioso, foliis ovalibus lanceolatisve sessilibus medio serrato-dentatis, radicalibus dense rosulatis subpetiolatis, anthela contigua corymbosa stricta involucrisque canofloccosis pilisque apice canescentibus villosis, ligulis glabris, stylo luteo. *Fr. Monogr. p. 102. Herb. Norm. XIII. n. 20.* Locis alpinis et inferalpinis Norvegiae, sub pluribus omnino definitis formis. *Hieracio vulgato* proximum videtur, vulgo admodum foliosum; ab *H. vulgato* diversum colore glauco, setis longissimis et saepe rigidis H. echioidis, caule ad basin villoso-lanato, foliis rigide et crebre ciliatis, indumento anthelae et involucri, stylo luteo glabro. Huic subjungendum, tamquam subspecies, *furcellatum* (Herb. Norm. XIII), virens, caule superne nudo glabro repetito-furcato stricto, foliis breve hirtis, ob notas essentiales, licet transitus nulli observati sint.

25. H. DIAPHANUM, phyllopodum, glaucum, caule fistuloso paucifolio apice corymbifero, foliis membranaceis oblongis ciliatis dentatis, anthela patente divaricatave involucrisque nudis atroviren-

tibus, siccitate nigris, dense nigro-glanduloso-villosis, squamis multiserialibus sursum glabris, intimis acuminatis, ligulis glabris, stylo luteo. *Fr. Monogr. p. 102. Herb. Norm. II. n. 11.* var. gracilior inferalpina. Forma hujus, ut videtur primaria, curta, pumila, at caule robusto, copiosa adest in alpe Skrimsfjeld Norvegiae, nec alio loco lecta, teste *Blytt;* var. gracilior, elatior, corymbo divaricato, capitulis duplo minoribus lecta aliquot Smolandiae montosae locis. Haec species involucro Accipitrinorum et inflorescentia divaricata a praecedentibus conspicue differt.

F. Stirps II. VULGATI. Herba viridis l. caesio-virens, pilosa; pilis simplicibus mollibus eglandulosis. Involucri squamae introrsum decrescentes; intimae acutae. Stylus luteo-livescens, sub lente fuscohispidulus, siccitate fuligineus. Achaenia brevia fusconigra.

Obs. In hac serie quoque recepi *H. alpinum,* suae stirpis typus, cum reliquae et bene evolutae ejusdem species apud nos desiderantur. *H. Dovrense* rosuliferum et *Pseudophyllopoda* videas inter ACCIPITRINAS.

* *ligulis ciliatis, achaeniis longioribus.*

26. H. ALPINUM, phyllopodum, viride, caule mono-oligocephalo canofloccoso hirsutoque, foliis sublanceolatis petiolatis mollibus utrinque hirsutis subglanduliferis; caulinis decrescentibus reductisve sessilibus, radicalibus persistentibus, anthela contigua, involucro virgineo subcernuo pilis elongatis hirsutissimo, squamis intimis acuminatis, ligulis extus pilosis (stylo luteo). *Linn. Spec. 2. p. 1124. Fr. Monogr. p. 69. Sv. Bot. t. 644. Herb. Norm. X. 7.* In alpibus Scandinaviae totius, vulgare. Forma primaria dignoscitur caule firmo simplici submonocephalo, numquam ramoso, eglanduloso; foliis pilis valde elongatis albidis hirsutissimis; involucro ventricoso eglanduloso itidem pilis confertis elongatis prorsus albis l. canis basi nigra, ligulis extus l. apice longe pilosis, stylo luteo. Ab hoc insigniter differt, ut H. glanduliferum ab H. pilifero Hopp., *H. melanocephalum,* caule pedunculisque nigroglanduloso-pilosis, involucris villosissimis nigricantibus, ligulis minus pilosis, stylo fuligineo =. *Fl. Dan. t. 27* optime. Hoc specie omnino distinguerem, nisi var *fuliginosa* Laestad., caule dense albohirsuto eglanduloso, foliis lanceolato-spathulatis tenuissimis, vulgo obtusis et integerrimis, involucris fuligineovillosis, ligulis ciliatis dorso glabris, stylo fuliginoso — *Herb. Norm. XII. 25* utrumque jungeret. Exstant denique formae elatiores, robustae — singularem *villosam* nuperius detexit Cel. Blytt — aliae tenellae, caule elongato flaccido pilis tenellis adsperso, ligulis hirsutis, stylo fuligineo.

+ *H. nigrescens*, phyllopodum, viride, caule subunifolio monocephalo l. ramoso oligocephalo sursum canofloccoso glandulosoquepiloso, foliis ovatis lanceolatisque utrinque pilosis eglandulosis basi sinuato-dentatis, anthela discreta, involucris nigricantibus villosis, squamis exterioribus obtusis, ligulis apice ciliatis, stylo siccitate fuligineo. *Willd. Spec. III. p. 1574.* H. Halleri *Wimm.! Schles. 2. p. 24.* (non Villars). *Fries Monogr. p. 104.* Indicatur ex alpibus nostris, sed omnia quae vidi specimina vel ad prioris var. *melanocephalam* vel ad sq. pertinent; exceptis adhuc dubiis e Finmarkia. In Galicia, Bohemia, Silesia haec inter H. alpinum et murorum prorsus media species insignis est.

27. H. ATRATUM, phyllopodum, virens, caule 1—3-folio mono-oligocephalo, foliis elliptico-oblongis pilosis aequaliter dentatis, basi attenuatis, anthela discreta, pedunculis arrectis canofloccosis involucrisque nigricantibus villosis glandulosoque-pilosis, squamis aequalibus acuminatis, ligulis ciliatis, stylo fuscohispidulo. *Monogr. Hierac. p. 103. Herb. Norm. X. 8.* Per arcticam Zonam et alpes Scandinaviae haud rarum. Forma hujus monocephala cum *H. alpino* vulgo confunditur, sed foliorum textura et involucri fabrica diversum; in eisdem campis alpinis, monente *Blyttio*, mox dignoscuntur capitulis virgineis, in *H. alpino* cernuis, in *H. atrato* arrectis. Achaenia quoque priorum minora. Abit vero in formas elatiores, caule apice in pedunculos subcorymbosos diviso, aliasque caule foliato, ut tam ad *H. murorum*, quam *H. vulgatum* relatae sint, cum forma primaria cum H. alpino confunditur.

** *ligulis glabris*, achaeniis brevioribus!

Obs. In *H. plumbeo* et *murorum*, locis montosis, ligulae variant obsolete ciliatae. Hae a reliquis quoque recedunt *caule scapiformi* normaliter monophyllo, folio scilicet tam a radicalibus dense rosulatis, quam anthela remoto, petiolis foliorum radicalium scapi basin vaginantibus, cum in *H. caesio* basi caulis adnati; hac de caussa rosulae in H. murorum discretae sunt, sed in H. caesio ex alis foliorum radicalium nascuntur. *H. caesium* et *murorum* a reliquis porro recedunt foliis basi saepe cordatis et retrorsum dentatis (foliorum forma tamen varia est); praecipue vero involucris nudiusculis, squamis longe cuspidatis et flores virgineos superantibus.

28. H. PLUMBEUM, phyllopodum, plumbeovirens, caule scapiformi arrecto et repetito-furcato, ramo primario folio sublineari suffulto, foliis subovatis cordatisve basi profunde retrorsum den-

tatis, subtus flocceso-stellatis, involucris nudis (haud floccosis) atroviridibus albo-pilosis, squamis cuspidatis, ligulis apice glabris. *Fr. Monogr. p. 111. Herb. Norm. XII. 21.* In regionibus alpinis et montanis altioribus, raro; copiose in rupibus calcareis Ormoe prope Christianiam *Blytt* var. major. Tam a praecedentibus, quam sequentibus (H. caesio forsan proximum, cui olim subjunxi) differt colore peculiari plumbeo-viridi, foliis H. murorum at subtus flocceso-stellatis, involucro efflocceso varias glabro, vulgo pilis albis eglandulosis vestito, squamis plurimis subulatis.

29. H. MURORUM, phyllopodum, laete viride, caule scapiformi subunifolio, foliis omnibus conformibus petiolatis simpliciter hirsutis basi inciso-dentatis, radicalibus majoribus dense rosulatis persistentibus, anthela discreta corymbosa, ramis arcuato-adscendentibus, involucro viridi subnudo nigro-glanduloso-piloso (virgineo cylindrico!) squamis interioribus cuspidatis, ligulis* subglabris, stylo fusco-hispidulo. *Linn. pr. p. et Auctt. primar. Fr. Nov.* et *Monogr. p. 108. Herb. Norm. II. n. 7.* H. pellucidum, *Wahlenb.* H. atrovirens *Fröl.!* In montosis, ad rupium pedes et in silvis umbrosis passim, non ubique, vulgo in forma *nemorum* sequentis quaesitum. Forma optime explicata s. var. *silvatica Linn. Sp. p. 1128. Tabern. Kreuterb. p. 487* ab omnibus Hieraciis facillime distincta, foliis (etiam caulino) cordatis petiolatis basi profunde retrorsum dentatis, *pappo niveo* ceterisque notis evidentibus; abit vero in formam ovatam, immo lanceolatam (foliis vero in hac profunde incisis et sublobatis) — et in alia forma *c. rotundata* folia cordato-subrotunda, integerrima; vulgo in omnibus formis membranacea, sed e Finmarkiae maritimis habeo foliis carnosulis. Sed abit in formas infinitas valde personatas (interdum ramosas, caule tum 2—4 folio), ut singulas notare frustraneum sit opus. In borealibus regionibus ligulae passim obsolete ciliatae. Cfr. Monogr. l. c. — *H. murorum integrifolium* Herb. Norm. XII. n. 23 est planta inter hoc et H. vulgatum prorsus ambigua, ab utroque forsan distinguenda.

* *H. incisum*, minus, subcaesium, caule scapiformi unifolio oligocephalo, pedunculis involucrisque canofloccosis eglanduloso-pilosis, squamis longe cuspidatis; reliqua prioris. *Hoppe. Koch. syn. 2. p. 523. Fr. Monogr. p. 110.* Duplici occurrit forma: altera *alpina* caule in pedunculos paucos apice diviso, involucris majoribus pilis elongatis albis hirsuto (*Herb. Norm. XIII. n. 21.* H. Hoppeanum *Fröl.*); altera *calcarea*, in montibus calcareis (Gottlandia, Scania ad Benestad, Möen etc.) obvia, caule apice subcorymboso. Inter prius et sequens omnino intermedium, notis primariis ad illud potissimum referendum. In hoc quoque ligulas obsolete ciliatas observavimus. — Alia definita omnino

forma *montana* exhibetur in *Herb. Norm. XII. n. 22;* statura prioris, sed involucra dense nigroglandulosa, ligulae subciliatae; sed folia nigromaculata (ut in sequente saepe videre licet) et folia subtus stellato-flocculosa. Mire formis intermediis junguntur species, ceterum in eodem solo spontaneae et cultae clare distinctae et constantes; ut singulas notare non liceat, sed typos evidentiores et vulgatos seligere. His rite cognitis plures intermedias forsan distinguere liceat.

30. H. CAESIUM, phyllopodum, caesio-glaucum pallensve, caule 1-paucifolio, foliis subovatis basi rotundatis profundius dentatis, subtus pilosis flocculosisque, imis petiolatis dense rosulatis persistentibus, caulinis sessilibus, anthela discreta patente, ramis strictis, involucro subgloboso floccoso-cano, squamis incumbentibus subobtusis, ligulis apice glabris, stylo e livido fuliginoso. *Fr. Monogr. p. 112. Herb. Norm. II. n. 10 XII. 19.* H. murorum. *Vulgo. Engl. Bot. t. 2082. Wahlenb. Fröl.* Per omnem Scandinaviam in regionibus montosis et rupestribus vulgatissimum; etiam in nemoribus regionum campestrium *var. nemorum,* colore pallide virente, foliis grossius dentatis membranaceis involucroque (ventricoso tamen et canofloccoso) rare luteo-glanduloso-piloso ad H. murorum revergens = *Herb. Norm. XII. 20.* Statura in genere praecedentis, at sequenti magis mihi videtur affine, caule haud scaposo, saepe sparsifolio, foliis in caulem elongatum contigua serie adscendentibus, squamis haud cuspidatis et porrectis c. s. p. His notis a priori differt, nec non innovatione alia, florendi tempore magis serotino, indumento duplici, floccoso vero fugaci, foliorum, anthelae ramis patentibus quidem, at non arcuatis, capitulis paucis, brevioribus at vulgo duplo crassioribus, squamis (in aliis formis obtusis, in aliis intimis saltim acutioribus) haud cuspidatis, involucro canofloccoso eglanduloso l. in forma nemorum tantum rare in vivo luteo-glanduloso. *Ceterum* formarum numerus infinitus, ut tantum longa experientia ductus singulum lusum ad suum typum reducas. Praecipuae fallaces sunt formae oligocephalae furcatae, foliis angustioribus lanceolatis subintegris, involucris dense farinosis eglandulosis v. c. H. bifidum. *Kit. H. N. II. 15.*

31. H. VULGATUM, phyllopodum, subvirens, caule folioso, foliis lanceolatis oblongisve medio dentatis simpliciter pilosis, radicalibus subintegris in petiolum decurrentibus, marcescentibus ante caulina subsessilia, anthela subcontigua paniculato-corymbosa arrecta involucrisque cano-flocculosis nigroglanduloso-pilosis, squamis aequaliter attenuatis subacutis, stylo livescente, pappo albo. *Fr. Nov. et Monogr. p. 115* ubi syn. Per omnes provincias montanas et silvaticas vulgare, sub plurimis formis valde diversis, at

limites definitos adhuc observare non licuit. In *forma primaria*, in regionibus silvatico-montanis silvulas sistente, caulis admodum foliosus, folia lanceolata glabriuscula subtus glaucescentia (in omnibus varr. subtus plus minus purpurascentia), radicalia evidenter rosulata, anthela paniculata. *Herb. Norm. II. n. 9. XIII.* plur. speciosae formae. Forma *media* foliis 4—6 oblongis, radicalibus marcescentibus, anthela subcorymbosa, ad formas nemorosas; forma *juncea*, gracilis, simplex, foliis lineari-lanceolatis, radicalibus paucis ad Accipitrina accedit. — Locis apricis abit in formas glaucellas, saepe paucifolias, quarum *H. proliferum* Hartm., basi rhizomoidea, in arena volatili obvium, valde insignis est. Ab hac conspicue differt v. *nemorosa*, (*Herb. Norm. II. n. 8*) laete virens, plus minus hirsuta, foliis latioribus mollioribus, foliis radicalibus et caulinis vulgo paucis; locis vero montanis irriguis abit in formas elatiores admodum foliosas, involucris nigro-hirsutis glandulosisque. — Quod ad *glandulas involucri nigras attinet* (in H. caesio, si adfuerint, in vivo luteae), hae quidem eximium characterem praebent formis typicis *H. murorum* et *vulgati*, sed in utroque passim disparent.

Ad praecedentem speciem in praesente referendas duxi formas quasdam admodum insignes, at nondum sub plurimis diversis formis observatas, quod in hoc genere necesse est; quales v. *praelonga* Monogr. p. 116, caule procero stricto rigido simplici, foliis ad basin dense rosulatis sinuatis breve petiolatis, caulinis 12—20 diminutis omnibus sessilibus, subtus glaucescentibus; squamis obtusiusculis, *H. ramoso* affine! — et v. *sessilifolia* l. c. p. 117, obscure viridis, caule 3, 4-folio, foliis radicalibus caulinisque sessilibus, anthela patente, involucris dense nigroglandulosis, squamis obtusis. Illa ad *Christianiam* a Blytt lecta, haec in silvis adustis ericetosis Smolandiae inter *H. vulgatum.*

32. H. ramosum, phyllododum, virens, caule folioso, foliis oblongis simpliciter pilosis, radicalibus petiolatis sinuato-dentatis, anthela subcontigua patente, pedunculis involucroque, virgineo globoso, pube floccosa densa pilisque albidis canescentibus, squamis obtusis, ligulis apice glabris, stylo luteo obsolete fuscohispidulo. *Waldst. et Kit. pl. Hung. t. 216. Fr. Monogr. p. 114. Herb. Norm. XI. 10.* Locis rupestribus, solo calcareo, v. c. in Gothlandia — et simile e seminibus Norvegicis educavit Cel. Blytt colore pallescente modo diversum. Haec planta, quae ad *H. vulgatum* accedit ut *H. incisum*, etiam solo calcareo obvium, ad H. murorum. praecedentis formae typicae similius est, quam multae *H. vulgati* formae, at multorum annorum cultura adeo constans permansit, ut non debuerim cum priori jungere. Caulis ramosus nullo modo characterem praebent; habemus e Gottlandia a Cl.

Afzelio spec. simplicia oligocephala, in quibus pedunculi, ut rami formae ramosae, patentes, nec arrecti, ut in omnibus H. vulgati formis. *H. vulgatum* ceterum dignoscitur foliis radicalibus integris, involucris virgineis cylindricis oblongisve primitus haud candicantibus, squamis attenuato-acutis, stylo livido-fuscescente. Ob notas primarias, facie licet valde diversum, hinc subjungendum: **H. bursaefolium* (Fröl. p. 215 *sub H. bifido)* phyllopodum, viridi-pallens, foliis radicalibus lingulatis deorsum lyrato-dentatis, caulinis sparsis diminutis sessilibus, anthela patente larga corymboso-fasciculata, involucro subgloboso flocoso-pubescente cano, squamis obtusis intimis acutis, ligulis glabris, stylo subluteo. *Monogr. p. 115. Herb. Norm. XII. 18.* In rupibus schistosis prope Christianiam *Blytt.* Statura pumila, quasi reducta, et inflorescentia admodum a typo recedit.

In Pulmonarearum serie specierum limitatio difficillima et formis intermediis obliterata. Seligi typos in natura prominentes, physiognomiam diversarum regionum praebentes; anxia illa micrologica speciminum singularium observatio ad has illustrandas, sive in contrahendo, sive in distinguendo versetur, nil omnino conferret. Plures olim forsan separandas formas seposuimus.

(IV. STENOTHECA.

Series Americana, cujus nulla species indigena, praeter *H. paludosum*, quod aptius tamen ad Crepides ducitur.)

V. ACCIPITRINA.

Innovatio per gemmas clausas, in paucis prioris stirpis speciebus simul tamen in rosulas minutas, sessiles explicatas. Caulis foliosus, sub anthesi aphyllopodus. Involucri squamae multiseriales, subcontiguae. Pappi radii rigidi, inaequales.

Haec series non, ut Pilosellarum, a prioribus abrupta est; stirps prior in Pulmonareas formis mediis contigue abit. *Species vero omnes hujus seriei sunt nobiles et acute limitatae*, quamvis quaedam v. c. *H. gothicum* magis varient, quam ulla alia mihi cognita planta. Perbene scio quam difficiles sint Botanici ad novas species in hoc genere agnoscendas, at quemcumque assiduum observatorem infra propositas confirmaturum esse, nulli dubitamus. Nil equidem novi gratius quam in infinita formarum varietate definitos invenire typos.

+ PSEUDOPULMONAREAE. Involucri squamis introrsum decrescentibus, intimis angustioribus et acutis, et florendi tempore aestivali (Julio) ad Pulmonareas accedunt. Si acutos limites quaeramus haec stirps cum Pulmonareis jungenda, nam plures species variant hypo- et pseudophyllo-podes, sed rosularum indoles a Pulmonarearum omnino diversa est.

G. Stirps H. CYDONAEFOLII, hypophyllopoda, ligulis ciliatis, foliis subamplexicaulibus.

33. H. DOVRENSE, hypophyllopodum, viridi-pallens, caule simplici folioso, apice in pedunculos paucos strictos foliaceo-bracteatos 1-oligocephalos canofloccosos nigroque-glandulosos diviso, foliis oblongis lanceolatisve dentatis, radicalibus minoribus petiolatis marcescentibus, caulinis superioribus basi cordata subamplexicaulibus, involucris subsimplicibus nigricantibus pilosis, squamis plurimis latis obtusis, ligulis ciliatis, achaeniis badio-fuscis. *Fr. Monogr. p. 128.* H. cydonaefol. *Herb. Norm. XI. n. 12.* Per alpes Norvegiae totius usque in Finmarkiam orientalem, a summa regione Pini ad terminum Betulae; in alpibus centralibus Dovrensibus vulgatissima species hujus generis. Analogum cum *H. alpino*, at distinctissimum! Radix rosulifera, ut stricte Pulmonarea, et *H. vulgatis* ni fallor proximum; rosulae minutae; caules florentes vulgo aphyllopodi, involucra et tota facies hujus stirpis. Est tamen ab omnibus nostris distinctissimum, cum exotico *H. cydonaefolio* tantum comparandum; in hoc vero caulem semper aphyllopodum, in ramos foliosos normaliter divisum, capitula duplo majora, involucrum multiseriale vidimus; hujus habitus exacte Prenanthoideis, a quibus utrumque differt squamis intimis acuminatis, ut confirmante Patria diversa distinguam. Ab utroque conspicue differt *H. juranum*, sed ad hanc stirpem ex affinitate referatur.

Alteram hujus sectionis speciem indigenam sistit *H. diaphanum* Blytt. Christ. *(H. protractum)* habitu magis H. vulgati, caule elongato, folio summo tantum semiamplexicauli, achaeniis fusco-nigris distinctum, at nondum nobis satis clarum.

H. Stirps H. TRIDENTATI, pseudo — aphyllopoda *) ligulis glabris, foliis numquam amplexicaulibus.

* *Stylo luteo glabro.*

34. H. LAPPONICUM, aphyllopodum, glaucescens, caule paucifolio superne in pedunculos paucos elongatos monocephalos, foliis reductis suffultos, diviso, foliis anguste lanceolatis medio grosse dentatis, infimis petiolatis, involucris canofloccosis, squamis latis adpressis obtusis, intimis acutis, ligulis glabris, stylo luteo, pappo niveo. *Fr. Monogr. p. 170.* Locis graminosis, ad ripas in Lapponia Tornensi, Finmarkia. Alia species a reliquis

*) Omnes hujus stirpis status elatiores et typici aphyllopodes sunt, at folia ad basin passim congesta, ut rosulata appareant. Semper quoque gemmiferae sunt, sed squamae interdum foliaceae evadunt, in caulis vero basi sessiles et minutae — et ex his originem ducunt individua pseudophyllopoda.

clare diversa, ad *H. argenteum* habitu et praecipue involucro accedens. Caulis fistulosus, rigidus, omnino aphyllopodus, sed inferne praecipue foliosus, foliis superioribus nempe distantibus et reductis. Pedunculi et involucra (viridia l. fusco-viridia) depilata l. pilis adeo subtilibus adspersa, ut lente observanda. — Specimina culta (*Herb. Norm. XII. n. 15.*) huc relata adeo differunt (pubescentia, squamis acutis), ut potius ab affini specie (n. 37) originem ducere fingam.

35. H. NORVEGICUM, pseudo — aphyllopodum, glaucum, caule rigido folioso, foliis lanceolatis oblongisve medio denticulatis sessilibus, infimis subpetiolatis, anthelā aphylla cano-floccosa subcorymbosa, involucro ventricoso hirto, squamis acutis margine pallidis, ligulis glabris, stylo luteo, pappo rufescente. *Fr. Monogr. p. 169. Herb. Norm. XIII. n. 25.* — In montibus et rupibus Norvegiae australioris a Christiania ad Christiansand; etiam in rupibus Holmiae in Djurgården (Monogr. p. 101. A.) Habitus *H. saxifragi*, quare Monogr. Hieraciorum editurus de plantae Holmiensis vero loco dubius eram; specimina completa verum locum extra dubium ponunt. Variat glabrum et setoso-hispidum. Capitula pauca, at speciosa. Squamae variant plus minus acutae. Ligulae stylusque siccitate aureae. Variat aphyllopodum et hypophyllopodum.

*** stylo fuscohispidulo, sicco fuligineo.*

36. H. TRIDENTATUM, pseudo — aphyllopodum, caule folioso, foliis inferioribus oblongis petiolatis, reliquis lanceolatis sessilibus medio paucidentatis, anthela subaphylla corymbosa erecta, pedunculis elongatis filiformibus involucrisque, defloratis medio constrictis, canofloccosis breveque pilosis, squamis acuminatis porrectis margine pallidis, stylo livescente fuscohispidulo. *Fries Nov. et Monogr. p. 171.* cum syn. *Herb. Norm. III. n. 4., IX. n. 3., XII. 14.* H. rigidum *Koch. syn. 2. p. 230.* In nemoribus, dumetis Scandinaviae saltim mediae et australis in Daniam usque hinc inde copiosum, sub plurimis valde recedentibus formis. Harum duae extremae notandae sunt: *firmum*, longe aphyllopodum, caule humiliori robusto cavo apice corymboso ramosissimo, foliis firmis angustis maxime variis et grosse dentatis, capitulis amplis habitu ad *H. umbellatum* accedens — et *asperum*, hypophyllopodum, caule farcto rigido subflexuoso hirto scaberrimoque saepe paniculato-ramoso, foliis coriaceis subundulatis grosse duplicato-dentatis subincisis, superioribus latioribus, capitulis minoribus. Haec praecipue in muris vetustis, v. c. Upsaliae, locis umbrosis in typum rediens. Formae nemorales hujus speciei typum optime exprimunt; vulgo elatae, eximie aphyllopodae; caule vero abbreviato pseudophyllopodae evadunt, qualia *singularia* ab H. vul-

gato vix discernuntur. Pili involucri cum et sine glandulis luteolis variant. In forma aspera in eodem caule vidimus gemmas aphyllas et in rosulas minutas explicatas. An *H. laevigatum* glaucum, foliis fere linearibus, in Europa australi obvium distinguatur, non liquet.

37. H. RIGIDUM, a — pseudo-phyllopodum, caule rigido folioso apice subpaniculato-ramoso, foliis sessilibus lanceolatis triplinervibus medio dentatis, infimis conformibus subpetiolatis, anthela contigua, involucro multiseriali floccis canis pilisque nigris glanduliferis adsperso, deflorato sursum attenuato, squamis incumbentibus conformibus lanceolatis apice patulis undique viridibus, siccitate nigricantibus, stylo luteo fuscohispidulo, sicco fuliginoso. *Hartm. Scand. 1. p. 308.* (dein cum varr. formis junxit.) *Fr. Monogr. p. 174. Herb. Norm.* XII. 13 (forma umbrosa; typica nondum exhibita). In collibus, versuris, silvis caeduis Scandinaviae ut videtur totius (at non ubique, in Smolandia occid. desideratur); circa Holmiam vulgare. Itidem mire proteum, ut recedentes formae cum proximis facile commutentur. Ut prius vero ad H. vulgati faciem accedit, hoc proxime ad H umbellati typum, quod caule lignescente vulgo solido, *at variat cavus, lactescente*, involucro squamisque nec non florendi tempore seriori confirmatur. Quamvis vulgo eximie aphyllopodum etiam hujus exstant formae humiliores, totae in ramos solutae, pseudophyllopodae. Squamae variant obtusae et acutiusculae, at non prioris instar acuminatae, et ultra flores virgineos longo porrectae. In eodem loco cum priori nascens prius per mensem praecocius vernat! Varietates praecipue notandae: *microcephalum*, caule tenui solido flexuoso foliisque confertis scabris rigidis, capitulis minutis viridi-fuscescentibus squarrosulis (Herb. Norm. V. n. 1, at non prorsus purum) — *longifolium* Laestad.!, caule stricto cavo laevi, foliis elongatis lineari-lanceolatis membranaceis. Hoc in Lapponia.

Obs. H. Friesii *Hartm.!, (Herb. Norm. IX. 3)* quoad spec. nostra (specimina lapponica a Laestadio ad sequens pertinent) insignis est ex hac regione forma, a priori tamen, vix diversum nisi *squamis* latioribus, magis obtusis *depilatis* (in carina tamen adsunt puncta nigra, setularum rudimenta), ceterum primitus quoque canofloccosis. In praesente a priori non distinguendum censeo; etiam sequentis exstat lusus involucro glabrato.

38. H. GOTHICUM, pseudo- l. aphyllopodum, obscure virens, caule rigido folioso apice subcorymboso, foliis sessilibus ovatis lanceolatisve medio grosse dentatis, imis breve petiolatis, anthela contigua, *involucris efloccosis atroviridibus*, siccitate atris, squamis spiraliter imbricatis latis obtusis unicoloribus, carina glanduloso-pilosis margine apiceque glabris, intimis cuspidatis, stylo

fusco-hispidulo, siccitate fuligineo. *Fries Monogr. p. 121.* et var. subgothica *p. 172. Herb. Norm. II. 12.* (latifolium) *13* (angustifolium), *14* (pumilum). In Gothia, v. c. Smolandiae occidentali. Hallandia etc., et Norvegia occidentali ab Arendahl ad Finmarkiam vulgatissimum; etiam in Lapponia Tornensi (Laestad.); at mire omnino desideratur in Suecia media. Hoc ad *H. boreale* revergit, ut diu cum hoc commutaverim, at squamis intimis cuspidatis et florendi tempore praecoci ad H. vulgatum, quam maxime diversum. Ceterum haec species multo magis variat, quam ulla alia mihi cognita planta; caulis nunc adeo perfecte rosulatus, ut non possit non pro Pulmunarea haberi; nunc longe et eximie aphyllopodus. Caulis variat digitalis, superne nudus 1-oligocephalus et orgyalis dense foliosus, folia linearia integerrima et ampla ovalia grosse dentata e. s. p. At involucri fabrica tam a praecedentibus, quam omnibus aliis semper distinctissimum manet.

H. AUSTRALE. (Fr. Monogr. p. 120) pariter phyllo- et aphyllopodum varians i. e. pseudophyllopodum etiam in hac tribu inseratur. Ab *H. gothico* differt foliis imis, etiam caulinis petiolatis, superioribus decrescentibus quidem sed latioribus, involucris irregulariter imbricatis pallidis, squamis conformibus angustis adpressis, stylo luteo persistente.

+ + ACCIPITRINA GENUINA. Involucrum squamis spiralibus distincte multiseriale, *squamis deorsum decrescentibus; intimis latioribus obtusis.* Serotina, Aug. — Octobri, *optime florent.*

S. Stirps *H. Prenanthoidis.* Ligulae ciliatae. Folia amplexicaulia.

* *achaeniis testaceo-pallidis. (H. Picroides* nobis deest.)

39. H. PRENANTHOIDES, aphyllopodum, caule folioso, foliis subamplexicaulibus cordatis lanceolatisve ciliatis, subtus reticulatis glaucescentibus, inferioribus in petiolum basi auriculato-amplexicaulem attenuatis, pedunculis involucrisque subfloccosis pilisque nigris glanduliferis undique hirsutis, *squamis extimis paucis,* plurimis aequalibus obtusis, ligulis ciliatis, achaeniis pallidis. *Vill. Delph. III. p. 108. Fr. Monogr. p. 160. Herb. Norm. XII. 9.* H. denticulatum. *Smith.* Per alpes Scandinaviae occidentalis et in Norvegiae etc. montosis in Finmarkiam usque, at in Lapponiis Suecicis mire rarescit l. disparet omnino. Involucri fabrica ab omnibus nostris speciebus recedit; et una cum sequente achaeniorum colore! Ceterum pro more herba mire variat, v. c. folia cordata — linearia, integerrima et argute dentata, — etiam caule tenello paucifolio, foliis subsessilibus *(Herb. Norm. X. 4.).* Distinguendum forsan, ut cultura repetita constans: *ramigerum,* caule ramosissimo dense folioso, ramis divergentibus fo-

liosis, foliis a basi amplexicauli aequaliter attenuatis: *Herb. Norm. IX. 4.*

+ 40. H. LYCOPIFOLIUM, aphyllopodum, viride, caule folioso, foliis amplexicaulibus triplinervibus ovatis ad medium sinuato-dentatis, infimis oblongis basi simpliciter attenuatis, anthela basi foliosa, pedunculis involucrisque basi floccosis glanduloso-pilosis, squamis multiserialibus sursum glabris, ligulis ciliatis, achaeniis pallidis. *Fröl. p. 224. Koch. syn. p. 527. Fr. Monogr. p. 163. Herb. Norm. XI. 8.* Dubia adhuc Florae nostrae civis; specimina quoad herbam simillima vidi quidem ex alpibus Tydalsfjellen, sed ob achaeniorum defectum non plene definienda. (Div. *Hartman* in ed. 5 Florae suae de longe alia forma loquitur). Species inter H. Prenanthoides et H. boreale media, ab utroque vero notis datis clare et abunde distinctum.

** *achaeniis fuscoatris* (H. hirsutum).

41. H. STRICTUM, aphyllopodum, caule cavo rigido folioso, ramis ex alis floriferis aphyllis strictis, foliis oblongis lanceolatisve denticulatis basi angustata subamplexicaulibus, subtus triplinervibus subreticulatis glaucis, pedunculis canofloccosis, involucris nigricantibus tenue glanduloso-pilosis, squamis intimis obtusis, ligulis ciliatis, achaeniis fuscoatris. *Fr. Monogr. p. 164.* H. cydonaefolium *Willd. et Auctt. non Vill.* In alpibus (v. c. Jemtlandiae) hactenus cum *H. Prenanthoide* commutatum, quare loca specialia ulterius inquirenda. (H. Prenanthoides *Smith.* h. l. videtur). Exstat alia var. *granulata,* caule foliisque, latis rotundato-amplexicaulibus, subtus granulato-scabris; alia *strictissima,* foliis angustioribus lanceolatis basi angustata semiamplexicaulibus, subtus laevibus, capitulis minoribus. Haec involucris paucisquamis irregulariter imbricatis lecta in Storlie in Merager. Ab H. Prenanthoide, praeter notas datas, recedit caule foliisque triplinervibus rigidis, minus amplexicaulibus, summis subsessilibus, subtus magis glaucis et saepe scabris, basi haud auriculatis, involucris haud villosis. Stylus luteus, siccitate fuscescens.

42. H. ELATUM, aphyllopodum, caule folioso apice corymboso, foliis amplexicaulibus ovatis argute incisis dentatisve triplinervibus, supra glabris, subtus hirsutis glaucis, inferioribus postice aequaliter angustatis (non petiolatis!) anthela foliosa involucrisque pilosis subglandulosis, squamis obtusis adpressis albomarginatis, ligulis obsolete ciliatis, achaeniis fuscoatris. *Fries Monogr. p. 167. Herb. Norm. XII. 8.* In Mistbjerget ad Eidsvold Norvegiae. Speciosum, pallide virens, squamis exterioribus haud numerosis, ligulis extimis subglabris, stylo luteo fuscohispidulus.

Praecedentibus affine est *H. hirsutum*, in hortis cultum (Herb. Norm. XIII) distinctum caule ramoso, ramis foliosis, pedunculis hirsutie longa alba, squamis extimis linearibus laxis.

K. Stirps H. UMBELLATI. Ligulae apice glabrae.

* *stylis fuscohispidulis l. decolorantibus, siccis subfuligineis.*

43. H. CORYMBOSUM, aphyllopodum, caule dense folioso laevi, foliis ovato-lanceolatis amplexicaulibus dentatis, subtus venosoreticulatis glaucis, anthela corymbosa paniculatave, pedunculis canofloccosis squamosis involucrisque basi ovatis attenuatisve pilis apice canescentibus glanduliferisque hirsutis, squamis exterioribus acutis laxis, ligulis apice glabris, stylo e luteo fuliginoso. *Fries Monogr. p. 185. Herb. Norm. XI. n. 9.* In regionibus montosis Norvegiae (prope Christianiam, in provincia Bergensi etc. *Blytt)* et Lapponiae rarius. Species inter *H. Prenanthoides* et *H. virosum* quasi media, laete virens; folia subtus glaucescentia et reticulata. Anthela basi tantum foliata; capitula sqq. minora, squamis angustis. Achaenia obsolete costata, subtiliter punctata, castanea. H. corymbosum *Fröl.!*, cujus descriptio convenit, est forma macrocephala *H. virosi.*

44. H. CROCATUM, aphyllopodum, caule rigido folioso, foliis oblongis lanceolatisve triplinervibus dentatis semiamplexicaulibus, imis basi lata sessilibus, ramis pedunculisve 1, 2-cephalis strictis subfastigiatis canofloccosis eglandulosoque-pilosis, folio suffultis, involucris basi obtusissimis atratis glabris, squamis obtusis adpressis (infimis subglanduloso-pilosis), ligulis glabris, stylo e luteo crocato (subfuscescente) *Fr. Monogr. p. 184.* H. Prenanthoides *Fl. Dan. t. 2425.* H. silvaticum. *Wahlenb. Lapp. p. 197.* Locis gramineosis herbidis in zona arctica et subarctica Sueciae borealis et Norvegiae facile totius vulgaris species, inde mire protea, glabra et hirsuta, foliis latioribus angustioribus; at semper notis datis facile distincta. Caulis vel simplex, cum pedunculis paucis ex alis superioribus vel ramosus, ramis foliosis rigidis strictis. Folia nulla adsunt petiolata. Capitula pauca, sed maxima, et praecipue in formis pumilis, utrinque quasi truncata, nuda, squamis latis unicoloribus, nec in squamas pedunculi descendentibus, ut tam in priori quam in sequente. Squamae omnes latae, obtusae, adpressae. Achaenia fusco-nigra punctato-scabrida. Pulchra varietas *dilatata* foliis latioribus membranaceis pallidis, superioribus ovatis passim intercurrit. — Alia *angustata* foliis linearibus basi subauriculata sessilibus *(Herb. Norm. XI. f. 7.)* H. umbellati formis arcticis adeo similis ut spec. sicca, in

vivo diversissima, aegre discernas. Jam *Rajus* hoc e florendi *tempore aestivali* a seq. bene distinxit. Proximum sine dubio est *H. canadensi* et forsan cum hoc jungendum!

45. H. BOREALE, aphyllopodum, caule rigido folioso, foliis ovatis lanceolatisve triplinervibus a basi ad medium dentatis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus latioribus sessilibus, anthela corymbosa paniculata basi foliosa, involucris basi ovatis efloccosis glabris eglandulosove-pilosis, squamis obtusis adpressis unicoloribus in pedunculos squamosos decurrentibus, siccitate nigricantibus, stylo e livido fuliginoso. *Fr. Nov. et Monogr. p. 190. Herb. Norm. XI. 10, XII. 12.* H. Sabaudum *Auctt.* vulgo; minime *Linn. All.* etc. Utpote maxime serotinum (Septembri, priora Julio) plagas arcticas et interiores Scandinaviae prorsus fugit; at in maritimis Daniae (Jutlandia, Fyonia) vulgatum est, et dein tantum rarius secus oceanum ad Christianiam Norvegiae. Quamvis externis notis ad proxima accedit, eisdem vix affine est; est nempe *borealis* forma stirpis regioni mediterraneae privae, cis alpes vagans; extima nostra littora tantum attingens. Ab *H. Sabaudo* L. plane diversum est; hoc per seculum et quod excurrit in Horto Upsaliensi cultum fuit et nunc paucis locis Upsaliae inquilinum factum, ut diagnosin addere necesse sit:

Obs. H. SABAUDUM, aphyllopodum, caule rigido folioso, foliis amplexicaulibus cordato-ovatis dentatis triplinervibus hirsutis, anthela contigua racemoso-corymbosa, basi foliaceo-bracteata, involucris basi truncatis pubescentibus, squamis adpressis obtusis concoloribus, stylo luteo-fuscohispidulo. *Linn. Spec. 2. p. 1131. Hort. Ups.! p. 238. Allion. Ped. t. 27. f. 2. Fr. Monogr. p. 189. Herb. Norm. V. A* (formae nemoralis) B (forma plantae cultae collina). Utraque forma e seminibus ex Horto Botanico aufugis enata, nunc fere inquilina facta, at veram Patriam sistunt convalles alpinae Europae australioris. Florendi tempus, apud nos Octobri praecipue, clare indicat australiorem patriam!

** *stylis glabris persistenter luteis.*

46. H. AURATUM, aphyllopodum, caule rigido folioso floccoso, foliis oblongo-lanceolatis sessilibus amplexicaulibusve medio dentatis, subtus reticulato-venosis, anthela patenti-corymbosa foliosa, pedunculis squamosis, involucris basi ovatis villo brevi luteo-glanduloso pubescentibus, squamis adpressis, exterioribus linearibus, stylo e luteo aurato. *Fr. Monogr. p. 181. Herb. Norm. XII. n. 11.* Circa Upsaliam rarius (novis locis hoc anno lectum), Augusto florens, at ni fallor vera hujus quoque patria est Europa australis; quamvis diversissimum sit ab omnibus speciebus, ad quas relatum fuit *H. lanceolatum* Vill., hoc cum nullo alio quam

nostro, tam plene et exacte convenit — et *H. brevifolium* Tausch. Fr. Monogr. p. 180, quam maxime affine est. Medium quasi inter *H. Sabaudum* et *aestivum;* involucri squamae lineares fere hujus, sed indumentum pubescens subtiliter glandulosum prioris. — Inter hoc et *H. umbellatum* intermedium est *H. latifolium* Fr. Monogr. p. 179. Herb. Norm. XI. 6, cujus vero folia triplinervia et squamae omnes latae obtusae, exteriores jam in capitulis virgineis squarrosae reflexae, ut in H. umbellato.

Obs. H. VIROSUM *v. nigritum*, aphyllopodum, eximie lactescens, caule elato dense folioso, foliis oblongo-linearibus amplexicaulibus sessilibusve glabris, subtus dense reticulatis glaucescentibus, anthela foliosa, pedunculis squamosis involucrisque cylindricis basi turbinatis glabris, siccitate nigricantibus, squamis linearibus adpressis aequalibus, ligulis apice glabris, stylo luteo. *Ruprecht in Mus. Petrop. Fries Monogr. p. 195. Herb. Norm. XII. 10.* Antiquitus apud nos cultum fuit et aliquot locis inquilinum factum, quare ne cum proximis commutetur differentias addidi. Videtur forma frigidior H. foliosi *Waldst. Kit. (Herb. Norm. XII. 10* bis), verum hoc caule robustiori, foliis densioribus brevioribus et latioribus, cordatis profunde amplexicaulibus, eximie ciliatis hirsutisque, involucris virescentibus conspicue differt. In horto juxta *H. virosum* cultum omnino constans permansit et 14 dies serius floret. Vidi rarius pilos paucos glanduliferos in involucro.

47. H. AESTIVUM, aphyllopodum, caule dense folioso stricto, foliis conformibus lanceolatis linearibusve medio dentatis, basi angustata sessilibus, nervis subtus emersis laxe anastomosantibus, anthela basi foliosa corymbosa paniculatave canofloccosa involucrisque basi attenuatis eglanduloso-pilosis, *squamis* infimis acutis laxis, mediis *adpressis intimisque conformibus* obtusis, *margine pallidis,* ligulis glabris, stylo luteo. *Fr. Monogr. p. 176. Herb. Norm. XI. 5.* In dumetis ad ripas fluviorum in convallibus alpinis Norvegiae v. c. ad Hougfors in Tellemarkia, ad Sandvigs-elven prope Bergen, in Hurdalen et Bogstad prope Christianiam *(Blytt);* etiam in Gestricia prope Gevaliam: *Hartman* junior. Caule elongato, dense folioso *H. virosum* et *H. robustum* revocat; sed *H. umbellato* ceterum adeo simile, ut primo obtutu aegre discernas. Accuratius vero examinatum involucrum diversissimum testatur et Cel. Inventor ad *H. rigidum* primo retulit. Involucra cylindrica, basi attenuata, *obscure viridia siccitate nigricantia;* squamae omnes angustae, lineares, nullae squarroso-reflexae, infimae modo laxae; *intimae reliquis non latiores* ut in *H. umbellato,* quare *H. tridentatis* aeque affine.

Est suspicio mere quidem hypothetica, urgentissima tamen, *H. virescens* Sonder in Koch. Syn. 3. p. 1027. hujus sistere formam pallescentem, nemoralem, in nemoribus udis prope Hamburgum obviam. Fingeres facile statum typicum in montosis Bohemiae esse quaerendum et semina exinde cum Albi defluxisse. Plures species montanae in nemorosis campestribus pari modo mutantur; formam *H. umbellati* involucris stramineis!, cum H. virescente prorsus analogam, dedit Blytt. Folia latiora, crebre triplinervia et florendi tempus serotinum ad *H. boreale,* cui affine dicitur, potius quidem trahunt, sed haec forsan a statione simul pendent: inflorescentia, involucra, squamae exacte *H. aestivi* et si capitula *H. aestivi* instar nigrescerent, ne quidem tamquam varietates distinguerentur.

48. H. UMBELLATUM, aphyllopodum, caule dense folioso, foliis conformibus sessilibus linearibus oblongisve, medio subdentatis, subtus nervis prominulis laxe anastomosantibus, anthela foliosa, involucris e basi turbinata ovatis, siccitate nigricantibus, ***squamis unicoloribus*** subacutis *squarroso-reflexis, intimis latioribus obtusissimis,* ligulis glabris, stylo luteo. *Linn. Spec. II. p. 1131. Fl. Dan. t. 680, 872. Fries Monogr. p. 177. Herb. Norm. IX. 1.* Per omnem Scandinaviam sub innumeris formis, glabrum et hirsutum, erectum et decumbens, foliis latioribus et angustissimis, integerrimis et pectinato-dentatis, capitulis majoribus et minoribus. Apud nos inflorescentia normaliter umbellata, sed variat paniculata etc.; in varietate *aliflora* capitula solitaria, subracemosa. Inter formas apud nos obvias (verum *H. coronopifolium* nobis deest) maxime notabilis est *arctophila,* glauca, caule inferne folioso, superne nudo in pedunculos longissimos submonocephalos diviso, foliis lanceolatis basi lata adnatis. In zona arctica passim obvia usque ad Kamtschatkam.

Plenior specierum expositio exhibetur in Monographia nostra supra citata. Haec novaeque species jam 1847 Hafniae in Conventu Naturae Scrutatorum Scandinaviae expositae sunt et prius Societ. Scient. Upsal. communicatae, licet in Actis Societatis laudatae sectio prior 1847, posterior 1848 demum publicata. Hinc varias dein publicatas species citare non potui: *H. Virgaurea* Coss. in Ann. Sc. Nat. est nostrum *H. italicum.* Aliae species a Cel. *Jordan* descriptae; plurimarum *licet* viderim specimina authentica nunc transeo, cum priscis hactenus subsumsimus.

Hoc ipso die, priori plagula typis jam absoluta, ad me pervenit altera sectio accuratae Florae Borussicae Cell. *Paze,*

E. Meyer et *Elkan*, in quo citantur quaedam formae hybridae (i. e. ambiguae, nec satis exploratae): *H. Pilosello-Auricula* (= H. auriculo-Pisosella *Fr. Nov.*) est *H. auriculaeforme*, apud nos in *peculiari sua statione* maxime abundans et in regionibus v. c. Caucaso!, ubi deest H. Auricula, eximium. *H. pratensi-Pilosella* (= H. collino-Pilosella Fr. Nov.) apud nos tantum occurrit in provinciis, ubi *H. pratense* (in Scandinavia fere adventitium) prorsus desideratur; et *H. pratensi-auricula* est *H. floribundum*, in Norvegia copiosum, e qua late patente terra *H. pratense* certissime exulat: *H. Bauhini-Pilosella* videtur nostrum *H. collinum*. Hoc (H. dubium Fl. Dan. et Wahlnb.) *H. Pisosella* et *Auricula* in omni Suecia et Norvegia media et boreali sunt formae primariae et vulgatissimae, sed in hujus patria absolute deest *H. Bauhini!* Haec vera ratio permultarum specierum s. d. hybridarum *); major vero harum pars apud alios Auctores sunt lusus et aberrationes *individuales* meo sensu nulla mentione dignae; species enim distinguimus nec *ad specimina* nec ad *characteres*, sed ad formas in natura prominentes, geographia distributione, vegetationis historia aliisque biologicis rationibus insignes.

---

*) Sic apud nos duplex exstat "*Galium ochroleucum*", alterum manifeste *G. veri*, alterum *G. Molluginis* varietas, neutrum hybridum; prius in regionibus ubi nullum adest vestigium *G. Molluginis*, rarae nobis plantae. *G. Mollugo ochroleucum* vastam plagam circa pagum Fröböke Hallandiae obtegit tam G. verum, quam G. Mollugo prorsus excludens; *G. Molluginis* ceterum nec in illa provincia nec in adjacente Smolandia occidentali exstat vestigium. Antiquissimus et aestumatissimus amicus *Wimmer*, cui ceterum nemini lubentius concedo, plurimas protulit Salicum hybriditates. Amicus Aristoteles, Amicus Plato; at magis amica veritas, hinc in proprio commentario exponere cogor, cur his hybridis speciebus non fidam. Quae sunt vere hybridae, et millenas harum in Lapponia colligere licet formas hybriditate tertii, quarti, quinti gradus infectas, ut individuales, indefinitas et accidentales nulla in Systemate mentione dignas censeo. Cum his vero neutiquam confundendas censeo formas peculiari vegetationis historia gaudentes, per vastas regiones extra parentum perhibitarum societate regnantes, qvales *S. lanceolata* (vera patria est Rossia arctica), *S. rubra*, *angustifolia*, *S. undulata* (apud nos copiosa in provinciis ubi utraque parentum deest) e. s. p. — Si has hybriditate primitus ortas censere placuerit (nam specierum originem et genealogiam explicare quoddam mere hypotheticum semper manebit; *Linneus* quodam loco, *Necker* etc. genera species primarias, species omnes hybriditate ortas dixerunt) mihi perinde erit; at nunc ad definatas species fixae sunt et ut tales servandae. Plura quoque viri egregii de synonymis arbitria indubiae auctoritati opposita sunt; sic nemo dubitare potest *Salicem rosmarinifoliam* Kochii etiam esse Linnaeanam; cuique Botanico Scandinaviae et Rossiae notissimum enim est, hanc maxima copia et nullam aliam affinem circa Aboam et per latam Fenniae plagam regnare.

II. *Plantae post editionem sectionis prioris detectae.*

Inser. p. 3. ASTER salignus Willd. Ripa bor. Eidorae. Paulsen. *Herb. N. XIII. 1.*

— p. 5. Lusus hybridi inter *Cirsium oleraceum* et *heterophyllum* (Vestrogoth.) *palustremque* (Selandia) jam etiam apud nos obiter lecti. Qua ratione ex his *species* finguntur, non capio!

— p. 9. VALERIANA *capitata*, foliis radicalibus brevepetiolatis ellipticis integerrimis, caulinis sessilibus superioribus in lacinias 3—5 oblongo-lineares partitis, floribus corymboso-capitatis, bracteis linearibus. *Pallas — Link Jahrb. d. Gew. 1—3. p. 66. Ledeb. Ross. II. p. 435. Torr. et Gray Amer. bor. II. p. 48. Ruprecht Samoj. p. 39. Herb. Norm. XII. n. 27.* In Lapponia Rossica ad Katschkowa etc. Planta spithamaea, glabra, radice repente, corollis albis.

— p. 11. CAMPANULA Bononiensis. L. *H. N. l. c.* G. S. (inquilina?)

— p. 12. PULMONARIA saccharata. *Mill. Herb. Norm. XIV.*

— p. 14. STACHYS annua L. — Bornholm, copiosa. *Lange.*

— p. 16. ERYTHREAE littoralis *Fr. Nov.* nomen restituatur; *Erythraea linearifolia*, sec. specimina authentica et Dufoureana! est *Erythraea tenuifolia* Griesb., qui ipse ad hanc citat Chironiam linearifoliam *Decand.!* quae sine dubio genuina planta. — *E. latifolia*, ex Ill. Griesb. ad Krageroe obvia, *Blyttio*, hunc locum quottannis visenti, ignota est.

— p. 16. LOMATOGONIUM *rotatum*, corollae fauce barbata, laciniis calycinis linearibus, foliis lanceolatis obtusis, infimis spathulatis, caule e medio ex alis ramoso. — Swertia rotata. *Linn. Spec. I. p. 328. Gmel. Sib. t. 53. f. 1. Fl. Dan. t. 343.* Sw. sulcata. *Rottb. Act. Hafn. X. p. 438. t. 1. f. 4.* Gentiana rot. *Schlecht. Linn. 1. p. 187.* Pleurogyne. *Grieseb. Gent. p. 309. — Herb. Norm. XII. 43.* Indicatur jam a *Gunnero* in Guldbrandsdalen Norvegiae, ubi vero a recentioribus non repertum; dein vero ut aliae deperditae Norvegicae plantae in Lapponia Rossica lecta a Cel. *Nylander.* — Ill. *Kochium* stricte sequens *Lomatogonii* nomen servare necesse fuit, et dubium sane an debeatur prioritas nomini generico non publicato, tantum synonymi instar in *Linn. l. c.* citato.

— p. 19. post Bartsiam: CASTILLEJA. (L. fil. Suppl. p. 293) Calyx compressus, ab apice antice l. utrinque fissus, lobis bifidis. Corollae galea producta, carinato-concava; labium inferius trilobum, brevissimum. Capsulae loculi multiovulati, valvis medio septiferis. Seminum testa laxa reticulata. (In *Bartsia* anthera-

rum loculi aequales; in *Castilleja* inaequales; exterior medio adfixus, inferior minor pendulus.)

— p. 19. C. PALLIDA (*Linn. Spec. 2. p. 839* sub Bartsia) herbacea, foliis linearilanceolatis integerrimis, floralibus ovatis membranaceis subincisis pallidis, floribus spicatis, lobis calycinis corollae tubum superantibus. *Kunth. syn. p. 100. Dec. Prodr. X. p. 531. Ledeb. Ross. III. p. 257. — Herb. Norm. XII. n. 36.* In Lapponia orientali (Nylander) indeque per terras Samojedorum, *Ruprecht*, et omnem Sibiriam in Americam, centralem hujus generis patriam.

— p. 19. PEDICULARIS sudetica. Willd. — *Herb. Norm. XII. 39.* Eisdem cum praeced. locis.

— p. 19. OROBANCHE LIBANOTIDIS (Ruprecht! Fl. Petrop. p. 70) sepalis bifidis binervibus, corolla tubulosa arcuata basi constricta, extus glandulosopilosa, labiis porrectis, filamentis basi corollae insertis sursum glabris styloque subglandulosis, stigmatis lobis ovatis glandulosis. *Ledeb. Ross. III. p. 319. — Herb. Norm. XIII. n. 37.* Ad radices Libanotidis montanae (Petropoli *Kühlewein!*) et vix dubie hujus loci *Orobanche major* Fennica et a Ternström olim in Alandia lecta. *O. majori* simillima. Caulis glanduloso-villosus, fuscescens, superne roseus. Sepala nervis 3—5 tenuioribus percursa. Corolla ferrugineo-rufa. Stigma e cerino cinnamomeum.

— p. 26. BATRACHIUM PELTATUM a B. heterophyllo sistit speciem eximie diversam. B. heterophyllum vero plures complectitur species secundum eximiam Floram Francogallicam a Cell. Grenier et Godron nuper editam. *Batrach. Petiveri* (Koch) dicitur *Ranunc. confusus* l. c. I. p. 22 et species omnino destincta. R. Baudotii etiam apud nos lectus et mihi plane videtur a B. marino caule tereti eburneo, foliis *numquam* natantibus, fructuque conspicue diversus.

— p. 26. Thalictrum rariflorum = Th. Friesii *Rupr. Samojed. p. 19.*

— p. 27. POEONIA INTERMEDIA (C. A. Meyer in Ledeb. Fl. alt. II. p. 277) capsulis (3, rarius 2) subtomentosis erectopatulis, foliis ternatim sectis, segmentis ambitu orbiculatis palmatim 3—5-partitis: laciniis 2—3-multifidisque: lacinulis lanceolatis acutis. *Ledeb. Fl. Ross. I. pag. 74. Rupr. Samojed. pag. 14, 20.* In Lapponia Rossica ad Ponoi. Vidi tantum specimina e terra Samojedarum, quae maxime ad P. anomalam accedunt; foliis latioribus et palmatim partitis distinguenda.

— p. 28. FUMARIA micrantha. *Koch. syn. III. p. 1018.* Upsaliae copiose legi 1844. *H. N. XIII. 47.*

— p. 29. Sisymbrium Loeselii. L. *Herb. Norm. XIII. n. 49.* Holmiae copiose, legit Amic. *Andersson.* Nostra magis glabrescunt, quam specimina exotica; an h. l. *S. Irio* priscorum Floristarum.

35 et p. *153.* Duas illas Violas, quas sub VIOLA EPIPSILA primo commutabam, specie omnino differre video. Plurima specimina a Cel. Kühlewein me edocuerunt, *Violam nostram Scanicam* esse genuinam *V. epipsilam*, egregie in *Fl. Dan. f. XLI.* pictam; alteram vero Sueciae mediae et borealis, in summam Lapponiam vulgatam, novam sistere speciem, *V. Suecicam* dicendam. Haec ad *V. uliginosam,* nuperius a Med. Doct. Petterson ad Hosmoå alibique provinciae Calmariensis copiose lectam, accedit, ut *Viola palustris* ad *V. epipsilam.*

Errorem inveteratum, *Droseram intermediam* esse borealem speciem et *Dr. longifoliam* australiorem, seorsim notare necesse duximus. Haec in Scandinavia boreali vulgatior, in summo septentrione sola obvia. *Drosera longifolia* α Wahlnb. omnino est genuina (nec intermedia) et D. longif. β. *Wahlenb.* est *Dros. obovata.*

— p. 36. WAHLBERGELLAM AFFINEM Finmarkicam a Grönlandica distinxit Cel. Ruprecht, qui utramque vivam legit, sub nomine W. angustiflorae, *Plant. Samoj. p. 24,* foliis linearibus floribusque duplo angustioribus dignoscendae.

— p. 38. Sagina nivalis. *Fr.* = S. intermedia *Fenzl. in Rupr. Samoj. p. 25.*

— p. 41. Si cum Rec. Myriophyllum verticillatum cum M. spicato jungatur, *M. spicatum* L. citetur ad *M. alterniflorum,* utpote a Linnaeo potissimum intellectum; hoc enim apud nos vulgatissimum et sola generis species per omnes provincias pinetomontanas.

— p. 43. Rosa carelica *Fr.* = Tamquam varietas ad Americanam *R. acicularem* Lindl. ducitur a Cel. *Ruprecht in Fl. Sam. p. 33. Fl. Petrop. p. 65.*

— p. 45. Potentilla mixta, e seminibus educata, mutata est in *P. procumbentem* Sibth. *Lange.*

— p. 47. Astragalus Onobrychis lapsu calami indicatur loco A. Cicer.

— p. 53. Atriplex nitens *Reb.* nec Atr. hortens. Ad littora Lappon. or. hoc nomine

— p. 58. BETULA GLUTINOSA. Duplex sub hac mine complectitur forsan species, at ob infinitam staturae et foliorum varietatem aegre dignoscenda; altera B. CARPATHICA *Reich. Ic. Fl. Germ. t. 624. f. 1284—1286,* cujus var. paludosa est *B. pubescens* Wallr. Koch, squamis fere *B. verrucosae,* lobis lateralibus nempe rotundatis patentibus subrecurvis, intermedio producto angustiori

— altera B. GLUTINOSA Wallr. Fr. — B. alba *Reich. l. c. t. 623* squamarum *digitato-trifidarum* lobis porrectis aequalibus. Hae duae arbores conjunctim *B. albam* L. sistunt; illa est vulgatissima per planities v. c. circa Upsaliam (et in paludosis abit in formam *pubescentem*, quales vero aliae species simul gignunt); illa in provinciis montanis et alpestribus. — BETULA VERRUCOSA *Ehrh. (Reich. l. c. t. 626, 627)* ab utraque facillime semper distincta ramis verrucosis, foliis, squamarum lobis lateralibus recurvatis, intermedio (in vivis) adpresso, nec ut in reliquis patente vel squarroso. *Betulam* quandam *laciniatam* non agnoscit Ill. *Wahlenberg*, nec ullus, qui hujus monstrositatis vivendi rationes observavit.

inser. p. 58. BETULA HUMILIS (Schrank Bav. I. p. 421) ramis resinoso-verrucosis, foliis subrotundo-ovatis inaequaliter crenatoserratis, subtus reticulatovenosis pallide viridibus (non glandulosis), amentis breve pedunculatis erectis, squamis digitato-trifidis, lobis conformibus porrectis linearibus distantibus, nucibus ala angustiori ad apicem cinctis. *Koch. syn. p. 761. Herb. Norm. XIII. n. 72.* B. fruticosa. *Reich. Ic. Germ. t. 621. f. 1279; t. 622. f. 1281* (nentiquam f. 1280, quae meam *B. alpestrem* = humilem *Hn.*, supra p. 212 refert.) In paludosis Smolandiae superioris ad Forserum, unde specimina dedit Stud. *Forsgård.* Est huic speciei facies venusta et laetior, ob folia tenuia et laete viridia, quo ab omnibus nostris facillime dignoscitur. Cum Norvegica *B. alpestri*, rudi et impolita, vix comparanda; haec facilius commutatur cum *B. intermedia*, quae sub B. humilis nomine e Lapponia quoque mittitur, sed e foliorum typo et ala latiori ad B. glutinosam potius referenda.

— p. 58. BETULA FRUTICOSA (*Pallas ex Sphach. in Ann. Sc. Nat. 1841. p. 186*) var. *microphylla*, ramis pilosis, foliis ovato-subrotundis crenato-serratis, subtus venoso-reticulatis glanduloso-punctatis glaucis, amentis breve pedunculatis erectis, squamis digitato-trifidis, lobis lateralibus abbreviatis latioribus, nucibus ala obcordata apicem superante cinctis. (Cfr. *Koch. Syn. p. 461* in obs. B. microphylla *Fr. Mscr.* In paludosis ad Mjöhult Smolandiae. *Forsander.* Habitus nostrae Betulae nanae; rami fusconigri. Folia quoque firma B. nanae, at crenae serratae; terminalis in dentem acutum producta, et pagina inferior albicat minute glanduloso-punctata. Frutex apud nos obvius a speciminibus sibiricis, qualia contuli, differt ramis pilosis nec verrucosis, foliis minoribus, amentis brevioribus, ut forsan novus; at omnes notae essentiales ita congruunt, ut in praesente noluerim proponere tamquam speciem. Icon *B. fruticosae* in *Pallas Fl. Ross. t. 40. f. A. B.* mala est; ob ramos resinosoverrucosos et folia majora praecedentem potius refert; omnis analysis partium fructificationis

deest, ut vix citanda sit. A formis *Betulae nanae* in eadem tab. f. D—G pictis prorsus diversa est; *f. E, G*, nostram *B. alpestrem* sistere videntur.

Obs. In Flora Europaea Betularum genus maxime obscurum censeo, quare ante aliquot annos hujus monographiam inchoavimus, at in formarum studio adhuc occupatus nomenclaturam nondum figere nolo. *Bet. albae* nomen ut prorsus collectivum necesse servandum (ne jota quidam in scriptis Linnaei *B. verrucosam* spectant, sed tam definitiones quam loca *B. carpathicam* et *glutinosam*); *B. pubescentis* est perennis confusionis fons. *Betula odorata* ex aliis *B. glutinosam*, ex aliis *B. carpathicam* spectat; nuperrime vero Ill. *Reichenbach* hoc nomen in *B. verrucosam* transtulit. Quaenam vera? Species Sibiricae et Americanae, quarum plures ad nostram Floram quoque pertinent, melius observatae, quam Europaeae; exoticas plantas enim mos est examinare, de indigenis vero sententiari. Multi rem absolutam fingunt omnes Betulas nostras arborescentes coacervando, v. c. *Spach in Ann. Sc. Nat.* l. c., exoticas ceterum subtiliter distinguens; sed hac facillima methodo res aeque parum absolvitur, ac distinguendo species e statura, foliorum forma, serraturis etc. Plures, et non multas latere species nullum dubium est, licet indigenarum limites facilius oblitterentur ob formarum copiam, quam exoticarum, quarum una alterave forma modo absque membris intermediis in herbariis exstat. Jam vulgus apud nos plures distinguit e ligni qualitatibus (*Masurbjörk, Glasbjörk*), vel e foliorum sapore acerbo, adstringente et miti, subdulci (*Sötlöfsbjörk*), quarum distinctio in medicina vulgi, v. c. pro balneis, magni censetur momenti. Cfr. *Bot. Not. 1844. p. 168.* ubi def. *Borgström* observat, "vulgus melius e physicis qualitatibus Betulas distinguere, quam Botanicos e micrologicis characteribus."

inser. p. 60. CHARA mucronata *Braun.* Herb. N. XII. 100.

Obs. Dubitante Cel. *Braun* an *Ch. baltica* nostra sit forma marina *Charae asperae*, observem *Ch. asperam* apud nos saepius esse marinam inque societate *Ch. balticae* nasci absque ullo transitu.

— p. 62. EPIPACTIS microphylla (*Ehrh.*) Ad Soroe Selandiae. Lange.

— p. 63. NAJAS flexilis. *Rostk.!* Caulinia. *Willd.* — *Herb. Norm. XIV.* In lacu Hederen prope Braheberg in par. Närtuna Uplandiae, unde reportata a Cl. *Goes*, qui conchyliorum gratia striguli lacuum fundum examinans observavit hoc insolitum *gramen* striguli adhaerens mecumque vivum communicavit. Planta proprie Americana, uno hactenus loco in Europa observata; *N. marina* apud nos absolute marina, quare Botanici Scandinaviae

nomen Linnaeanum non mittant. Ab hac tota facie differt gracilior *N. flexilis,* aquarum dulcium; foliis quinis senisve verticillatis linearibus sub lente tantum ciliato-denticulatis. Fructus vero omnino, quales in N. marina descripsit Thedenius, astyli, stigmate obsoleto, at multo graciliores.

— p. 69. SPARGANIUM NATANS *Recc.* neutiquam sistere genuinam Linnaeanam plantam, sub nomine *Flotagräs*, i. e. gramen natans, per omnes provincias Scandinaviae silvatico-montanas notissimam, pluries monui et in *Bot. Not. 1849. n. 1.* plene demonstravi. Exstat admirabilis analogia historiae inter *Sparganium natans* et *Callitrichen autumnalem;* utraque species est sui generis nobilissima et distinctissima, utraque subarcticae regioni priva, utraque a Linnaeo primo detecta et illa in *Flor. Lapp. n. 271—273* plene et clare descripta; utraque demum in aliis formis vilioribus quaesita. Nomen specificum sumsit Linnaeus e nomine Suecano; quae Linnaeus de hujus plantae vivendi rationibus l. c. enarrat, etiam meae puerilis aetatis imagines in memoriam revocant. Plantam hanc Florae nostrae summopere insignem, utpote in aqua profundiori, quam ulla alia planta obvia, "*profunditate duarum orgyarum*" L., extra Nymphaeas et Scirpeta lacuum litora coronantia. *Linnaeus* ipse novam testatur, exteris ignotam — et Sp. minimum *Bauh.* = natans *Rec.* expressis verbis ad Sp. erectum ducit. Planta vero, quam Linnaeus pro *Sparg. minimo* tum temporis habuit, non erat Patrum species, sed nova, hactenus indescripta, in paludibus silvaticis Smolandiae et verosimile plerisque provinciis montosis obvia, scilicet *Sp. fluitans* nostrum, inter Sp. erecta et natantia prorsus intermedium. Serius demum Linnaeo innotuit *Sp. minimum* at tamquam varietatem β. Sp. natanti perperam admodum subjunxit. Ex hac historica expositione clare elucet: I) *Sp. minimum* Bauh. et omnium Auctorum ante Linnaeum tanquam distinctam speciem esse restituendum, hoc est *Sp. natans* Smith. et Florist. Eur. austral. fere omnium: II) *Sparg. natans* Linn. sistere speciem a reliquis sui generis distinctissimam, exteris paene ignotam, sed cum *H. angustifolio* Mich. Boreali-americano facile collidens: III) *Linnaeum*. Sparg. minimum Bauh. ad Sp. erectum ducentem. ante oculos habuisse speciem nondum descriptam inter Sparg. erecta et natantia intermediam.

1. S. FLUITANS (Fr. Fl. Hall. p. 139) caule simplici firmulo adscendente, *foliis* planis flaccidis ventricoso-vaginantibus, imis linearibus, reliquis a basi ampliata *in apicem acuminatum aequaliter attenuatis,* spadicibus congestis, mascula subsolitaria, *fructibus sessilibus conicis in rostrum subulatum,* fructu brevius, attenuatis. *Summ. Veg. Scand. p. 69.* sub S. simplici. *Herb. Norm. XIV.* In paludosis silvaticis Smolandiae occiden-

talis inter Callam et verosimile per omnes plagas boreales silvatico-montanas. Stirps vulgo humilis, spithamaea l. parum ultra, at sat robusta, caule adscendente sequentium multiplo crassior. Folia sequentium duplo latiora et firmiora, vaginis admodum dilatatis et margine scarioso-membranaceis, nervosa et septis transversalibus reticulata, plana, flaccida, nunc erectiuscula nunc statione inundata decumbentia et fluitantia potius quam natantia. Spadices vel omnes in glomerulum congestae vel infima remota pedunculata. Fructus conico-elongati, in siccis nervosi acuti, in rostrum aequaliter attenuati.

2. S. MINIMUM (C. Bauh. pin. p. 16, Raji — Herb. Norm. XII. n. 71) caule simplici flaccido foliisque *a basi aequali* membranaceis linearibus obtusiusculis natantibus, spadicibus (paucis) remotis, imis pedunculatis, mascula solitaria, *fructibus sessilibus ovatis obtusis, stylo brevissimo mucronatis.* Sparg. natans β *Linn. Suec. p. 323.* Sparg. natans *Auctt. pl.* minime genuinum Linnaei! Cfr. Fl. Lapp.! In fossis per regiones campestres. Minima generis species caule vulgo filiformi, fructibus distinctissima. Folia pallescentia, variant latiora angustioriaque; sequens foliis gramineo-viridibus etiam *C. autumnalem* in mentem revocat.

3. S. NATANS (Linn. Sp. 2. p. 1378. Fl. Lapp. n. 345!) caule elongato flaccido, *foliis* basi dilatata vaginantibus linearibus *longissimis* natantibus *laete gramineo-viridibus*, spadicibus (numerosis) remotis, femineis pedunculatis, masculis pluribus sessilibus, *fructibus longe stipitatis* oblongis, rostro subulato brevioribus. Flotagräs *Suecorum! Herb. Norm. XIII. n. 76.* In lacubus silvaticis "profundis duarum orgyarum" L.! per omnes provincias montosas Sueciae, Norvegiae et Finlandiae. Caules orgyales et ultra! Folia angustissima, parte natante plures pedes longa "jucundo spectaculo aquas quasi linteo viridi tegunt" (Linn.) et miro modo temperant turbidae superficiei undas. "Capitula mascula 10—12" L., anthela nempe saepe ramosa, spadicibus masculis passim in ramis supra femineas. *Cfr.* ceterum eximiam *Fl. Lapponicae descript.* — *Sp. affine* Schnitzl. — *Reich. Ic. Monogr. t. 417.* videtur hujus forma macrior, simplicior, locis vadosis obvia.

inser. p. 70. loco *C. hordeistichos*, lapsu memoriae insertae: CAREX ORTHOSTACHYA (C. M. Mey. in Ledeb. Fl. Alt. IV. p. 231) spicis femineis tristigmaticis pedunculatis distantibus, masculis subternis erectis cylindricis, bracteis foliaceis longissimis, fructibus erectis ovato-oblongis subtrigonis nervosis glabris, rostro bidentato gluma mucronata longiori, culmo obtusangulo, vaginis villosis. *Ledeb. Ill. Ross. t. 324. Herb. Norm. XIII. n. 85.* Specimen e Norvegia (at sine loco) dedit div. Lund; in Lapponia

orientali rarior, at ad limites orientales (Nevam) copiose. Proxima *C. hirtae*, at longe speciosior, fructuque glabro l. secus nervos tantum obsolete hirto, facile distincta.

inser. p. 72. CAR. TRINERVIS (Loisel. Gall. II. p. 274) spicis confertis subsessilibus, femineis distigmaticis oblongocylindricis masculisque subtribus, bracteis basi auriculatis subvaginantibus, fructibus ovatis compressis obsolete quinquenervibus, squamam oblongam uninervem aequantibus, culmo obeso triquetro laevi, foliis canaliculatis apice triquetris, radice repente. *Kunz. Car. t. 1. f. 2.* C. Frisica. *C. Koch. in Reg. Bot. Zeit. 1843. p. 273.* Ad littora Slesvigiae occidentalis; primus mecum communicavit Cel. *Nolte.* Est e stirpe *Caricis vulgaris,* statura obesa, spicis femineis spissis, fructu foliisque facile distincta.

— p. 72. C. EPIGEJOS nostra dicenda est C. DISCOLOR (Nyland. Spic. Fenn. III. p. 12: culmo subacutangulo, foliis planis, bracteis siccitate revolutis, squamis acutis fructus ovato-oblongos obvolventibus, *Herb. Norm. XII. n. 87);* nam C. aquatilis v. epigejos *Laestad.,* licet androgyna dicta, ad *C. aquatilem sphagnophilam* = C. borealem *Lang,* nostram strictius referenda. Probe distinguendum inter spicas *spurie androgynas,* spicis femineis terminalive apice masculis — et *vere androgynas* spiculis conformibus, basi masculis l. floribus masculis femineis immixtis. Stirps *C. bicoloris,* transitoria in C. homostachyas, a reliquis heterostachyis distigmaticis dignoscitur spicis vere androgynis — ex iisdem, praeter alias notas, *C. epigejos* aut potius *C. discolor* ab omnibus C. aquatilis et salinae formis diversa et manifeste ad *C. bicolorem* accedit. — *C. rufina* etiam lecta in alpe Synishorn Norvegiae: *H. N. XIII. n. 84. (Carex arctophila* Nyl. l. c. est *C. hyperborea* Drey. H. N. XII. 89. C. HEMATOLEPIS Drej. — Fl. Dan. t. 2370, teste Andersson, ad varietates *C. salinae* referenda est, cum qua mixta ad littora nostra legitur.

— ib. CAREX HELVOLA Blytt (Fries in Bot. Not. 1849. p. 58) spica composita androgyna, spiculis subquinis linearibus confertis distigmaticis, omnibus conformibus femineis, terminali basi mascula, bracteis evaginulatis membranaceis brevissimis, squamis ovatis acutis, fructibus basi cuneata ovatis glabris in rostrum compressum subintegrum attenuatis. *Herb. Norm. XIII. n. 85.* In convallibus alpinis Norvegiae; primus mecum communicavit Cl. Mag. *H. Holmgren,* quae in Gousta legit; dein multis locis in provincia Valders legit *Blytt.* Proxima *C. microstachyae*, quae hactenus a reliquis remota in nostra Flora exstabat, et hanc cum *C. norvegica*, in qua saepe spicula terminalis mere mascula, aliisque exoticis in novam stirpem (C. helvolarum) cogit. Spiculae omnes conformes, imbricato-congestae, in exsiccatis fere distichae, a *C. microstachya* primo obtutu distinguunt.

inser. p. 76. POA fulva *Trin.* omnino est Glyceria *(Cfr. p. 242. Herb. Norm. XII. n. 91.)* indeque *Poa sudetica,* ut apud nos optime expiicata Poarum species, agmen ducet. Stirps igitur b. *fasciculiferarum* anteponenda a. *stoloniferarum.*

— p. 79. CALAMAGROSTIS. Hoc genus, cujus centrum positum est in Zona subarctica, in Scandinavia luxurians, piures obtulit insignes, tam a Cel. *Blytt* (Cfr. Fl. Norveg.), quam me ipso collectas, inter quas *C. Langsdorffii* Trin. — Herb. Norm. XIII. n. 89. Harum vero expositionem differimus, donec genus monographice et quidem nova ratione tractare liceat. Characteres enim a flosculi secundi rudimento l. defectu, aristae insertione et longitudine, quibus specierum cognitio nunc maxime nititur, minoris sunt momenti; attendendo vero ad notas biologicas (Cfr. p. 239), nec non geographicam distributionem figantur species evidentes. *C. unigluminis* Hartm. est nostra *Cal. acutiflora* nec non, teste ex authent. spec. amic. *Ruprecht,* vera Schraderi s. *Cal. subulata* Dumort. — omnino distincta ab illa *C. montanae* forma, quae vulgo pro *C. acutiflora* sumitur.

— p. 80. DIGITARIA ciliaris *(Retz.) Herb. Norm. XIII. n. 88.* me sensu specie haud separanda a *Dig. sanguinali,* apud nos tamen adhuc desiderata. *D. ciliarem* detexit Nob. Lib. Bar. Gyllenstjerna locis cultis ad Krapperup Scaniae.

— p. 83. LYCOPODIUM (complanatum) Sabinaefolium. *Willd.* Apud nos v. c. in ericetis Hallandiae in par. Thorup!, prope Gothoburgum! *(Whlnb. Suec. n. 1196 β)* et multis aliis sine dubio locis legitur L. sabinaefolium *Willd.* = *Dill. t. 57. f. 3. s.* L. Chaemaecyparissus *Braun, Koch.* E propriis observationibus de differentia specifica nondum convictus sum, quare rem in medio relinquo: *Herb. Norm. XIII. n. 100.*

— p. 84-97 addendae sequentes nuperius detectae BRYACEAE *)

HYPNUM viridulum *Hn.* 5.
— rivulare *Bruch.* 2.
— concinnum *Hn.* 4.
— confertum. *Dicks.* 4.
— fimbriatum. *Hn.* 4.
— badium. *Hn.* 4, 5.
— curvifolium. *Hedw.* 4.
— Mühlenbeckii. *Schimp.* 3.
— norvegicum. *Schimp.* 3.
— enerve. *Schimp.* 3.
— Thedenii. *Schimp.* 3, 4.
— erythrorhizon. *Schimp.* 3, 4.

*) **Harum enumerationem amice redegit Cel.** ***Thedenius.***

LESKEA intricata. *Hn.* 2, 3.
— subenervis. *Schw.* 3, 4.
— tenella. *Schimp.* 3, 4.
NECKERA rotundifolia. *Hn.* 4.
MNIUM subglobosum. *Br.* et *Schw.* 3—5.
— Blyttii. *Br.* et *Sch.* 3.
— spinosum. *Schw.* 3.
— torquescens. *Br.* et *Sch.* 2—5.
— Brownii. *Br.* et *Sch.* 3.
— Schimperi. *C. Müll.* 3.
ORTHOTRICHUM pallens. *Bruch.* 2, 3.
— alpestre. *Hornsch.* 3.
HEDWIGIDIUM imberbe. *Br.* et *Sch.* 3.
GRIMMIA orthotrichoides. *Hn.* 3.
TORTULA rotundifolia. *Hn.* 2.
— aciphylla. *Hn.* 3.
DICRANUM robustum. *Blytt.* 3.
— palustre. *Brid.* 3.
— hyperboreum. *Sm.* 3.
— enerve. *Thed.* 4.
WEISSIA Wimmeriana. *Br.* et *Sch.* 3.
— denticulata. *Schw.* 2, 3, 4.
GYMNOSTOMUM squarrosum. *Nees* et *Hornsch.* 4.
ANDREAEA Hartmanni. *Thed.* 4.
— alpina. *Smith.* 3, 4.
— obovata. *Thed.* 3, 4.
inser. p. 89—102. HEPATICAE:
JUNGERMANNIA Hornschuchiana. *Nees* et *Esenb.* 4.
— convoluta. *Hüb.* 3.
FRULLANIA fragilifolia. *Tayl.* 4.

---

p. 102—121. Ad Lichenum familiam pro more vix ullae accesserunt Novitiae, at eo plures criticae observationes, quas in Supplemento ad *Lichenogr. Europaeam*, additis Byssaceis, brevi publicare in animo est. Hoc loco modo annotem *Endocarpon phylliscum* ad Collemaceas esse transferendum et Synalissam *phylliscam* dicendum.

Hymenomycetibus sequentes insigniores species, Upsaliae lectae et vivis coloribus pictae, addendae:

AGARICUS (Lepiot.) gliodermus *n. sp.* Statura *A. illiniti*, at stipes siccus floccosus *A. clypeolarii*, pileus rufus.

Ag. (Armill.) Laschii *Epicr.*, robustus. *Epicr.*

Ag. (Trichol.) Inodermeus *n. sp.* Habitus *A. pyriodori*, sed Leucosporus, lamellae candidae, tactu rubromaculatae.

Ag. (Trich.) cartilagineus. *Bull.* — *Epicr.* Distinctiss.

Ag. (Trich.) elytroides. *Epicr.* Priori affin.

Ag. (Clitocybe) dothiophorus *n. sp.* Parvus, pileo excentrico umbone maximo gibbo — juxta A. curtipedem inserendus.

Ag. (Collybia) protuberans. *Ep.*

Ag. (Mycena) epiphloeus. *n. sp.*

Ag. (Omphalea) leucophyllus. A. Epichysium leucoph. A. S.

Ag. (Inocybe) brevis. *Weinm.* — *Epicr.*

Ag. (Naucoria) reductus. *Epicr.* p.

Ag. (Stropharia) albonitens. *n. sp.* Affinis A. semiglobato, at stipes curtus annulatus, pileus candidus.

Cortinarius craticius. *Epicr.*

C. leucopus. *Bull.* — Ex errore omissus.

Panus griseotomentosus. *Epicr.*

Hygrophorus n. sp.

Polyporus leprodes. *Rostk. Epicr.*

Trametes rubiginosus. *Epicr.* sub Polyp.

Hydnum (Mesopus) molle, pileo carnoso fragili depresso villo dense compacto tactu mollissimo cinereo, stipite obeso, aculeis confertis gracilibus candidis. Aliud *(H. torulosum)* vidi novum, summopere insigne, at non pictum, pileo carnoso-lento convexo difformi glabro stipiteque elongato toruloso cinereis, aculeis albis.

H. (Pleuropus) *multiplex*, pileis coriaceis numerosissimis imbricato-concrescentibus velutinis fuscescentibus, stipite laterali, aculeis ex albido plumbeis. Ad truncos.

Una cum Hymenomycetibus hoc anno mire luxuriabant *Hypocreae Hypomycetes* v. c. *H. lateritia*, *viridis*, *hyalina* — et novae *H. atra* (Agaricola?) et *floccosa* in Lactario tormino-so. — Nova quoque Hyperrhizae species Upsaliae lecta.

Peziza sepulta, *P. radulae* simillima, sed discus lividus, sporae laevissimae!

CORRIGENDA:

p. 394. l. 10. *dele* S.S.
p. 406. l. 33. *lege* Lembosa (loco Asterina)
p. 426. l. 32. — Microthecium (loco Microthyr.)
p. 449. l. 3. — Columella o!. Capillitium
— — l. 20. deleatur Phlycogaster; est nempe monstrosa progenies *Polypori borealis*, his diebus a me plene observata.

INDEX GENERUM CELLULARIUM.

Obs. Index Vascularium exhibetur p. 255—258. Litteris ut ajunt cursivis synonyma et dubia notantur. Desiderata indice generum fungorum, horum omnium mihi cognitorum offerimus completam, omissis tantum quibusdam obsoletis, de quibus consulas Systema Mycologicum. Emergentibus vero quotidie fere, *at brevi forsan perituris,* novis generibus inter *Haplomycetes, horum index completus vix exhiberi potest.*

---

*) Hoc et sqq. nomina hybrida, aegre admittenda.